*ſanctorum ſumus, & illam vitam expectamus; quam Deus dabit his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.* S. Aug. ſer. 137. *Laicus qui vult bene vivere, cum adtenderit clericum malum, quid ſibi dicit? Dominus dixit, quæ dicunt, facite; quæ faciunt, facere nolite. Ambulem viam Domini, non ſequar iſtius mores. Audiam ab illo non verba ipſius, ſed Dei. Sequar Deum.*

*Ley* de Deos, da Igreja, ou do Senhor temporal, deveſe obſervar pontualmente. Gen. 2. *Præcepit ei: De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Deut. 5. *Audi Iſrael ceremonias, atque judicia: diſcite ea, & opere complete. ::: Quis det talem eos habere mentem, ut timeant me, & cuſtodiant univerſa mandata mea omni tempore, ut bene ſit eis?* Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Jo. 13. *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem.* Rom. 13. *Plenitudo legis eſt dilectio.* Jacob. 2. *Quicumque totam legem impleverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus.* S. Aug. in Pſal. 118. *Mandata facienda ſuſcipimus, ut accipere promiſſa mereamur.*

*Liberdade*: inclina a dar ſem eſperança de retribuiçaõ: corre éſta virtude entre os extremos viciozos da avareza, e prodigalidade. Eccli. 35. *In omni dato hilarem fac vultum tuum.* Prov. 11. *Dividunt propria, & ditiores fiunt.* Act. 20. *Beatius eſt magis dare quam accipere.* Luc. 6. *Qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.* 2. Cor. 8. *Nunc facto perficite; ut quemadmodum promptus eſt animus voluntatis, ita & perficiendi.*

*Veſtro*

*Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat.* S. Ambroſ. lib. de Offic. *Non eſt perfecta liberalitas, ſi jactantiæ magis cauſa, quam miſericordiæ largiaris. Affectus tuus nomen imponit operi tuo.* S. Aug. in Pſal. 111. *Semen futuræ meſſis, miſericordiam eſſe teſtis eſt Apoſtolus.* Et in Pſal. 125. *Quid ſeminabimus? opera bona, opera miſericordiæ. Nolite ad vos ſolos attendere, ſed attendite indigentes circa vos.*

*Liçaõ eſpiritual:* naõ ſó para ſaber, mas para aproveitar as eſcrituras, e livros dos Santos, ou eſcritores de piedade. Luc. 4. *Intravit (Jeſus) in ſynagogam, & ſurrexit legere, & traditus eſt liber, & revolvit librum.* Jo. 5. *Scrutamini ſcripturas.* Apoc. 10. *Accipe librum, & devora illum.* 1. Tim. 4. *Attende lectioni.* 2. Tim. 3. *Omnis ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum, ad corrigendum.* 2. Petr. 1. *Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui bene facitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco.* S. Aug. in Pſal. 36. conc. 3. *Verbum Dei quando audis, aut quando legis, manducas; quando jam recogitas, ruminas.* Et hom. 3. in Lazar. *Non poteſt fieri, ut quiſquam ſalutem aſſequatur, niſi perpetuo verſetur in lectione ſpirituali.* S. Jo. Chryſ. hom. 3. in Gen. *Non ſolum theſauro ſimilia ſunt divina eloquia, ſed fonti quoque largis, perennibuſque ſcaturienti fluentis: ut hoc magis ſcaturiat, & accreſcat ſpiritualis gratia, quo quis magis inde haurire ſtudet.* S. Laurent. Juſtin. de caſto connub. cap. 19. *Eſt ſacra pagina ſapientiæ verbi ſpeculum, & divinitatis armarium.* S. Hiron. ad Ruſtic. *Nunquam de manu tua*

*re-*

*recedat liber. Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis.*

*Lingua:* Se he má nas palavras, he ſeminario de peccados. Jac. 3. *Lingua ignis eſt, univerſitas iniquitatis. Linguam nullus homo domare poteſt: inquietum membrum, plena veneno mortifero.* Eccli. 21. *Labia imprudentium ſtulta narrabunt. In ore fatuorum cor illorum. Suſurro coinquinabit animam ſuam, & in omnibus odietur.* Prov. 26. *Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas.* Pſal. 13. *Venenum aſpidum ſub labiis eorum, quorum os maledictione, & amaritudine plenum eſt.* S. Aug. in Pſal. 143. *Inter iſtos periclitamini, inter horum linguas, poſitas in manu diaboli.* A lingua ſe deve empregar em louvor de Deos; e edificar ao proximo. Pſal. 5. *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Iſai. 50. *Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut ſciam ſuſtentare eum qui lapſus eſt verbo.* Prov. 12. *De fructu oris ſui unuſquiſque replebitur bonis.* Eccli. 20. *Eſt tacens ſciens tempus aptum. Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus.* S. Aug. Enarr. 2. in Pſal. 32. *Diſcite habere in corde, quod habet omnis homo in lingua, quod vult Deus. Hoc ore conſono exprimentes, corda veſtra docebimus.*

*Livre arbitrio* do homem para obrar bem, ou mal. Deut. 30. *Teſtes invco hodie cœlum, & terram, quod propoſuerim vobis vitam, & mortem; benedictionem, & maledictionem. Elige ergo vitam, ut vivas.* Joſ. 24. *Eligite hodie quod placet, cui ſervire potiſſimum debeatis. Reſpondit populus: Abſit à nobis ut relinquamus Dominum.*

Sap.

Sap. 9. *Mitte illam de cœlis, ut mecum ſit, & mecum laboret, ut ſciam quid acceptum ſit apud te.* Eccli. 15. *Ante hominem vita, & mors; bonum, & malum; quod placuerit ei, dabitur illi.* 1. Cor. 3. *Dei ſumus adjutores: Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis.* Ezech. 18. *Unumquemque juxta vias ſuas judicabo. Convertimini, & agite pœnitentiam; & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Joſ. 7. *Siquis ſitit, veniat ad me, & bibat.* S. Aug. op. imperf. contra Julian. lib 3. cap. 10. *Arbitrii liberi infirmitatem ad agendum bonum, non niſi per Chriſti gratiam poteſt humana reparare natura.*

*Lizonja*: exceſſo de fallar, ou obrar para deleitar a outros. Jer. 9. *In ore ſuo pacem loquitur cum amico ſuo, & occultè ponit ei inſidias.* Oſe. 7. *In malitia ſua lætificaverunt Regem, & mendaciis ſuis principes.* Prov. 1. *Si te lactaverint peccatores, ne aquieſcas eis.* Et cap. 17. *Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula blandientis.* Iſai. 3. *Qui te beatum dicunt, ipſi te ſeducunt.* S. Aug. in Pſal. 119. *Tales mendacia diligunt, veritatis deſtructores, odiorum inventores, ſatanæ mediatores, Dei perſecutores.* Et in Pſal. 140. *Falſa laus adulatio eſt. Hoc eſt oleum peccatoris.*

*Louvor*: voz do povo, que falla bem de alguem: fama da virtude. Eccli. 44. *Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua.* Prov. 10. *Memoria juſti cum laudibus.* 1. Cor. 4. *Laus erit unicuique à Deo.* Judith. 13. *Non recedat laus tua de ore hominum.* S. Aug. Epiſt. 231. *Ut enim appetenda eſt veritas, quæ procul-*

*du-*

*dubio etiamſi non laudetur, ſola laudabilis eſt: ſic etiam ea, quæ facile ſubrepit, vanitas in hominum laude fugienda eſt.* A Deos ſe deve louvor: cantar ſeus louvores he officio dos juſtos. 1. Eſdr. 3. *Steterunt Sacerdotes, & Levitæ ut laudarent Deum: & concinebant in hymnis, & confeſſione Domino: quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia ejus. Omnis populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum.* Pſal 149. *Laus ejus in Eccleſia Sanctorum.* Iſai. 60. *Venient laudem Domino annuntiantes.* Apoc. 19. *Laudem dicite Deo noſtro omnes ſervi ejus.* S. Aug. Pſal. 44. *Significare voluit ſummum opus hominis non eſſe, niſi Deum laudare. Illius ſpecie ſua placere tibi, ad te pertinet eum in gratiarum actione laudare. Opus ergo tuum ſit laus Dei.*

*Luz*: he ſimbolo da razaõ, da fé, e do meſmo Deos. *Gen.* 1. ,, Dixit Deus: Fiat lux, & facta eſt lux. Vidit lucem quod eſſet bona. *Exod.* ,, 10. Ubi habitabant filii Iſrael lux erat. *Iſai.* 9. ,, Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit ,, lucem magnam. Lux orta eſt eis. *Mich.* 7. ,, Dominus lux mea eſt: educet me in lucem. ,, *Habac.* 3. Splendor ejus ut lux erit. *Matth.* 5. ,, Vos eſtis lux mundi: luceat lux veſtra coram ,, hominibus. *Jo.* 1. Erat lux vera. *Et c.* 8. ,, Ego ſum lux mundi. *S. Aug. in Pſal.* 26. *enarr.* ,, 2. Lucem iſtam quærunt oculi carnis, lucem ,, illam quærunt oculi cordis; quia ipſa lux Deus ,, eſt.

*Luxuria*: cujos actos peſſimos ſaõ: máo penſamento. *Jac.* 1. ,, Unuſquiſque à ſua concupiſ-

,, cen-

„ centia tentatur abſtractus, & illectus. *Delei-*
„ *taçaõ moroza. Jer.* 4. Uſquequo morabuntur
„ in te cogitationes noxiæ? *Viſtas torpes. Job.*
„ 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne co-
„ gitarem quidē de virgine: quā enim partē habe-
„ ret in me Deus deſuper? *Conſentimento, e de-*
„ *zejo do mal. Jac.* 1. Concupiſcentia cum con-
„ ceperit parit peccatum. *Palavras obſcenas. E-*
„ *pheſ.* 5. Fornicatio, & omnis immunditia nec
„ nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos. *Se-*
„ *gue-ſe a obra, e coſtume, que chega a ſer neceſ-*
„ *ſidade. Oſe.* 5. Non dabunt cogitationes ſuas,
„ ut revertantur ad Deum ſuum, quia ſpiritus
„ fornicationis in medio eorum. *Eccli.* 19. Qui
„ ſe jungit fornicariis, erit nequam, putredo, &
„ vermes hæreditabunt illum. *Prov.* 23. Fovea
„ profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus alie-
„ na. Inſidiatur in via quaſi latro, & quos in-
„ cautos videt, interficit. *Apoc.* 17. Vidi mulie-
„ rem plenam nominibus blaſphemiæ: & in fron-
„ te ejus nomen ſcriptum: Myſterium: Baby-
„ lon magna, mater fornicationum, & abomi-
„ nationum terræ. *S. Ambroſ. de Cain & Abel,*
„ *lib.* 2. *c.* 5. Sævus criminum ſtimulus libido
„ eſt, quæ numquam quietum patitur ma-
„ nere affectum, nocte fervet, die anhelat, de
„ ſomno excitat, à negotio abducit, à ratione
„ revocat, aufert conſilium, amentes inquietat,
„ lapſos inclinat, nullus peccandi modus, & in-
„ explebilis ſcelerum ſitis niſi morte amantis ex-
„ tingui non poteſt. *S. Aug. in Pſal.* 79. Inimici
„ martyrum, quia vocibus, & ferro non poſſunt,
„ eos ſua luxuria perſequuntur. Atque utinam pa-

,, ganos tantummodo doleremus. Videmus etiam
,, portantes in fronte ſignum (crucis) ſimul in
,, ipſa fronte portare impudentiam luxuriarum.
,, Et hæc perſecutio noſtra eſt, ſi eſt in nobis ca-
,, ritas.

*Magica:* arte de fazer couzas admiraveis, fora do curſo ordinario; mas dentro dos limites da natureza. Se ha ſuperſtiçaõ, ou pacto com o demonio, he arte diabolica. *Exod.* 7. ,, Vocavit
,, Pharao ſapientes, & maleficos: & fecerunt per
,, incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam
,, ſimiliter. *Act.* 8. Simon, qui ante fuerat in ci-
,, vitate magus, ſeducens gentem Samariæ, di-
,, cens ſe eſſe aliquem magnum. *Apoc.* 18. In
,, veneficiis tuis erraverunt omnes gentes. *Dan.*
,, 2. Præcepit rex, ut convocarentur arioli, &
,, magi, & malefici, ut indicarent regi ſomnia
,, ſua. *S. Aug. de Civit. lib.* 21. *c.* 14. Solum,
,, quando natus eſt, ferunt riſiſſe Zoroaſtem, nec
,, ei boni aliquid monſtruoſus riſus ille portendit.
,, Nam magicarum artium fuiſſe perhibetur in-
,, ventor: quæ quidem illi nec ad præſentis vi-
,, tæ vanam felicitatem contra ſuos inimicos pro-
,, deſſe potuerunt. A' Nino quippe rege Aſſy-
,, riorum, cum eſſet ipſe Bactrianorum, bello
,, ſuperatus eſt.

*Maldiçaõ*: Deos amaldiçôa os que permanecem no mal: os homens naõ devem amaldiçoar
,, ſenaõ ao peccado. *Gen.* 3. ,, Deus ait ad ſerpen-
,, tem: quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia
,, animantia. *Deut.* 27. Iſti ſtabunt ad maledi-
,, cendum: & dicent: Maledictus qui facit ſcul-
,, ptile ::: Maledictus qui non honorat Patrem
,, &c.

„ &c. *Prov.* 26. Maledictum fruſtra prolatum
„ in quempiam perveniet. *Iſai.* 24. Terra
„ infecta eſt ab habitatoribus ſuis: quia tranſ-
„ greſſi ſunt leges: Propter hoc maledictio vo-
„ rabit terram. 2. *Petr.* 2. Maledictionis filii de-
„ relinquentes rectam viam erraverunt. *Eccleſ.* 7.
„ Cunctis ſermonibus, qui dicuntur, ne accom-
„ modes cor tuum: ne forte audias ſervum tuum
„ maledicentem tibi. Scit enim conſcientia, quia
„ tu crebro maledixiſti aliis. 2. *Mach.* 10. Ag-
„ greſſi ſunt maledicos vivos concremare. *S. Aug.*
„ *in Pſal.* 41. Maledictio appellata eſt malevolo
„ errore dicentium, non ex aliquo malo verbo-
„ rum.

*Males* do mundo, comuns a bons, e máos. *Deut.* 32. „ Congregabo ſuper eos mala, & ſa-
„ gittas meas complebo in eis. 3. *Reg.* 9. Quia
„ dereliquerunt Dñum, induxit ſuper eos omne
„ malum hoc. *Iſai.* 4. Ego Dñus creans malum.
„ *Jer.* 32. Sicut adduxi ſuper populum iſtum
„ omne malum hoc grande; ſic adducam ſuper
„ eos omne bonum. *Amos* 3. Si erit malum in
„ civitate, quod Dñus non fecerit? *S. Aug. de*
„ *Civit. lib.* 4. *c.* 2. Morum mala vel ſola, vel
„ maxima deputanda ſunt; (non) quæ ſtulti ſola
„ perpeti exhorrent, corporis videlicet, exter-
„ narumque rerum, quæ plerumque patiuntur &
„ boni. *Quem chama mal ao que he bom, ou bom*
„ *ao mal, he maldito.* Iſai. 5. *Deve-ſe fugir de todo*
„ *o mal.* Prov. 3. *E da companhia dos máos.* Pſal.
„ 1. Prov. 1. *Naõ ſe faça mal por mal.* 1. Petr. 3.
„ & 1. Cor. 4. *Deos naõ he autor, antes aborrece*
„ *os males da culpa.* Exod. 23. Judic. 5. Sap. 4.
„ Eccli. 15.

*Mandamentos* : devemſe guardar ſem falta. *Lev.*18. „ Cuſtodite mandata mea. *Deut.*4. Cu-
„ ſtodite mandata Dñi. *Joſ.* 22. Ita cuſtodiatis
„ attente , & opere compleatis mandatum , &
„ legem ; ut diligatis Dominum , & obſervetis
„ mandata illius in omni corde. *Prov.* 7. Serva
„ mandata mea , & vives. *Eccli.* 26. Manda-
„ ta Dei in corde mulieris ſanctæ. *S. Aug. de*
„ *ſpir. & liter. c.* 14. Mandatum ſi fit timore pœ-
„ næ , non amore juſtitiæ , ſerviliter fit , non li-
„ beraliter , & ideo nec fit. Non enim fructus
„ eſt bonus , qui de caritatis radice non ſurgit.

*Manſidaõ* : reprime a ira. *Eccli.* 3. „ In man-
„ ſuetudine opera tua perfice , & ſuper hominum
„ gloriam diligéris. *Prov.* 2. Manſuetis dabit
„ gratiam. *Matth.*5. Beati mites. *Pſal.*36. Man-
„ ſueti hæreditabunt terram , & delectabuntur in
„ multitudine pacis. 2. *Tim.* 2. Servum Domini
„ non oportet litigare , ſed manſuetum eſſe ad
„ omnes , docibilem , patientem. *S. Ambroſ. in*
„ *Pſal.* 131. David quam mitis , quam blandus,
„ humilis aſpectu , ſedulus corde , facilis affatu ,
„ fortis in prælio , manſuetus in imperio , patiens
„ in convitio , ferre magis promptus , quam re-
„ ferre injurias ; ideo tam charus erat omnibus ,
„ ut juvenis ad regnum invitus peteretur. *S. Aug.*
„ *in Pſal.* 131. Manſuetudine Rex noſter vicit
„ diabolum. In iſta manſuetudine corpus Chriſti,
„ quod eſt Eccleſia , vincit inimicos.

*Marido* : homem cazado. *Tob.* 1. „ Cum fa-
„ ctus eſſet vir , accepit uxorem , genuitque ex ea
„ filium. *Eccli.* 11. In filiis ſuis agnoſcitur vir.
„ *Col.* 3. Viri diligite uxores veſtras. 1. *Cor.* 7.
„ Vir

„ Vir ſui corporis poteſtatem non habet. Vir u-
„ xorem non dimittat. Sanctificata eſt mulier
„ infidelis per virum fidelem. *Matth.* 1. Joſeph
„ vir ejus. *Jo.* 1. Neque ex voluntate viri, ſed
„ ex Deo nati ſunt. *S. Aug. ſer.* 9. Caput mulie-
„ ris eſt vir: ubi meliùs vivit mulier quam vir,
„ capite deorſum pendet domus. Si caput eſt vir,
„ melius debet vivere vir, & præcedere in omni-
„ bus bonis factis uxorem ſuam; ut illa imitetur
„ virum, & ſequatur caput ſuum.

*Martyrio:* publico teſtemunho da fé, pela voluntaria tolerancia da morte. *Matth.* 6. „ Beati
„ qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam.
„ *Apoc.* 2. Antipas teſtis meus fidelis occiſus eſt
„ apud vos. 2. *Mach.* 6. Vita deceſſit, univerſæ
„ genti memoriam mortis ſuæ ad exemplum vir-
„ tutis, & fortitudinis derelinquens. 3. *Reg.* 19.
„ Prophetas tuos occiderunt gladio. *Sap.* 2. Op-
„ primamus pauperem juſtum, & non parcamus
„ viduæ. Circumveniamus juſtum, quoniam inu-
„ tilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus no-
„ ſtris. Contumelia, & tormento interrogemus
„ eum: morte turpiſſima condemnemus eum.
„ *Et c.* 3. Etſi coram hominibus tormenta paſſi
„ ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt. *S.*
„ *Aug. in Pſal.* 39. Exempla Martyrum nobis
„ proponimus, adtendimus fidem, quomodo in-
„ venti, quomodo adtracti; nihil habentes ſimu-
„ lationis, compaginati junctura unitatis, con-
„ feſſi ſunt Chriſtum; caput quod præceſſerat,
„ ſicut membra ſequi concupierunt. In tormen-
„ tis patientes, in confeſſione fideles, in ſermo-
„ ne veraces. Hæc omnia proponimus nobis, &

„ intue-

„ intuemur illa, & optamus imitari. Hæc ſunt „ ſpecula Chriſtiana, hæc videt deſuper Deus, „ ad hæc hortatur, ad hæc adjuvat.

*Maſcaras:* prohibidas por contrarias á modeſtia Chriſtam; e que facilitaõ muitos peccados. *Deut.* 22. „ Non induetur mulier veſte vi„ rili, nec vir utetur veſte fœminea; abomina„ bilis enim apud Deum eſt qui facit hæc. *Pſal.* „ 81. Uſquequo facies peccatorum ſumitis? *Rom.* „ 13. Abjiciamus opera tenebrarum, & indua„ mur arma lucis. 2. *Cor.* 6. Nolite jugum du„ cere cum infidelibus. *Apoc.* 12. Deſcendit dia„ bolus ad vos, habens iram magnam. *Oſe.* 2. „ Revelabo ſtultitiam ejus. *S. Aug. Soliloq. lib.*2. „ *c.* 16. Credo jure infames, inſtabileſque habe„ ri, qui muliebri habitu ſe oſtentant, quos „ neſcio utrum falſas mulieres, an falſos viros „ meliùs vocem. Viros tamen hiſtriones, veroſ„ que infames ſine dubitatione poſſumus voca„ re: aut ſi latent, nec infame quidquam niſi à „ turpi fama nominetur, veros nequam non ſine „ veritate dicimus. *S. Carol. Borrom. in Act. Me„ diol.* Proſcriptæ ſunto in perpetuum omnes lar„ væ, per quas homines figuram, quam Deus „ illis induit, non ſolum transformare, ſed de„ lere ſtudent. Sint maledictæ, & execrandæ „ larvæ, utpote antiquæ ruinæ noſtræ, quam „ Dæmon ſerpentis larva contectus nobis pro„ curavit, refricantes memoriam. Sub quibus „ verba inhoneſta eloqui, & in geſta, & acta „ impudicitiæ plena prorumpere, fas eſſe vide„ tur.

*Matrimonio:* contrato, e ſacramento de

uniaõ.

niaõ. *Gen.* 2. „ Non eſt bonum eſſe hominem „ ſolum , faciamus ei adjutorium ſimile ſibi. „ *Matth.* 19. Propter hoc dimittet homo pa- „ trem , & matrem , & adhærebit uxori ſuæ , & „ erunt duo in carne una. Quod Deus conjun- „ xit , homo non ſeparet. *Tob.* 6. Qui conjugi- „ um ita ſuſcipiunt , ut Deum à ſe , & à ſua „ mente excludant , & ſuæ libidini vacent , ſic- „ ut equus , & mulus , quibus non eſt intelle- „ ctus : habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. „ Tu cum acceperis eam , per tres dies conti- „ nens eſto , & orationibus vacabis cum ea. Ac- „ cipies virginem cum timore Domini , amore „ filiorum magis quam libidine ductus , ut in ſe- „ mine Abrahæ benedictionem in filiis conſe- „ quaris. *Hebr.* 13. Honorabile connubium in „ omnibus , & thorus immaculatus eſto. *Epheſ.* „ 5. Sacramentum hoc magnum eſt , ego autem „ dico in Chriſto , & Eccleſia. *S. Aug. de Gen.* „ *ad lit. lib.* 9. c. 7. Quod bonum habent nu- „ ptiæ , & quo bonæ ſunt , tripartitum eſt , fi- „ des , proles , ſacramentum. In fide adtenditur „ ne præter vinculum conjugale cum altero , vel „ altera concubatur. In prole , ut amanter ſuſci- „ piatur , benigne nutriatur , religioſe educetur. „ In ſacramento, ut conjugium non ſeparetur, & „ dimiſſus , aut dimiſſa nec cauſa prolis alteri „ conjungatur. *Et de bono conj.* In nuptiis plus „ valet ſanctitas ſacramenti , quam fœcunditas „ uteri. *S. Jo. Chryſ. hom.* 4. *in Iſai.* Adjutrix ti- „ bi data eſt , non inſidiatrix. An non hebebat „ uxorem Propheta ? neque tamen ſpiritui gra- „ tiæ obſtabat conjugium.

*Me-*

*Medicina*: remedio deve aplicarſe na infermidade, pondo em Deos a confiança. *Eccli.* 38. „ Honora medicum propter neceſſitatem: etenim illum creavit Altiſſimus. A' Deo eſt enim „ omnis medela. Altiſſimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa. *Sap* 12. Odibilia opera tibi faciebant per „ medicamenta, & ſacrificia injuſta. *Ezech.* 47. „ Erunt fructus ejus in cibum, & folia ejus ad „ medicinam. *Tob.* 5. Sunt hæc neceſſaria ad „ medicamenta utiliter. 2. *Par.* 16. Aſa nec in „ infirmitate ſua quæſivit Dominum, ſed magis „ in medicorum arte confiſus eſt. *Marc.* 2. Non „ neceſſe habent ſani medico, ſed qui male habent. *S. Aug. in Pſal.* 7. Duo ſunt officia medicinæ, unum quo ſanatur infirmitas, alterum quo ſanitas cuſtoditur. „ O medico deve ſer perito, eſtudioſo, attento: o enfermo deve ſujeitarſe a elle. *S. Aug. ſer.* 278. „ Proprie „ medicus dicitur, per quem ſanitas recuperatur. „ Sanus faciendo quæ imperat ſapientia ſalutis, „ manet in eo quod habet; ſi cœperit ægrotare, incipit audire præceptum, & facere, ſi „ vere curat recipere bonam, & integram valetudinem. *Et in Pſal.* 94. Tanto amplius laudatur medicus, quanto plus deſperabatur „ ægrotus.

*Meditaçaõ*: conſideraçaõ attenta. Gen. 24. *Iſaac egreſſus fuerat ad meditandum in agro, inclinata jam die.* Deut. 6. *Meditaberis in eis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque conſurgens.* Pſal. 38. *In meditatione mea exardeſcet ignis.* Iſai. 59. *Quaſi columbæ me-*

*meditantes gememus.* 1. Reg. 25. *Conſidera, & recogita quid facias.* S. Aug. in Pſal. 148. *Quomodo aures noſtræ ad voces noſtras, ſic aures Dei ad cogitationes noſtras. Non poteſt fieri, ut habeat mala facta, qui habet bonas cogitationes.*

*Medo* do mal futuro. Deut. 29. *Dabit tibi Dominus cor pavidum, & deficientes oculos, & animam conſumptam mœrore. Timebis nocte, & die, & non credes vitæ tuæ.* Luc. 21. *Areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſupervenient.* Judith. 15. *Fugit mens, & conſilium ab eis, & ſolo tremore & metu agitati, fugæ præſidium ſumunt.* Jer. 10. *A' ſignis cœli noli metuere.* Ezech. 3. *Ne timeas eos, neque metuas à facie eorum.* S. Aug. de div. quæſt. 83. q. 33. *Nulli dubium eſt non aliam metuendi eſſe cauſam, niſi ne id quod amamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiſcamur ſperatum. Adtendat, nullum metum eſſe, niſi futuri, & imminentis mali.*

*Memoria:* potencia da alma, que lembra o paſſado, ou auzente. Deut. 7. *Recordare quæ fecerit Dominus.* Act. 11. *Recordatus ſum verbi Domini.* Iſai. 56. *Recordamini prioris ſæculi.* Thren. 3. *Memoria memor ero.* Eſth. 12. *Cogitabat quid Deus facere vellet, & fixum habebat in animo, ſcire cupiens quid ſignificaret ſomnium.* Eccli. 49. *Memoria Joſiæ in compoſitionem odoris facta, in omni ore quaſi mel indulcabitur.* S. Aug. Confeſſ. lib. 10. c. 8. *Tranſibo ad iſtam vim naturæ meæ gradibus adſcendens ad eum qui fecit me; & venio in campos, & lata prætoria memoriæ, ubi ſunt theſauri innumerabilium imaginum. Ibi reconditum eſt quidquid cogitamus, vel augendo,* *vel*

*vel minuendo, vel utcumque variando.*

*Mentira*: falſa ſignificaçaõ da vox, ou obra para enganar. *Prov.* 10. ,, Qui innititur menda-
,, ciis, paſcit ventos. *Oſe.* 4. Non eſt veritas:
,, maledictum, & mendacium inundaverunt. *Jo.*
,, 4. Vos ex patre diabolo eſtis: ille in veritate
,, non ſtetit, quia mendax eſt, & pater ejus.
,, *Iſai.* 28. Poſuimus mendacium ſpem noſtram,
,, & mendacio protecti ſumus. *Pſal.* 5. Perdes
,, omnes, qui loquuntur mendacium. *Sap.* 1.
,, Os, quod mentitur, occidit animam. *Eccli.*
,, 20. Mores hominum mendacium ſine hono-
,, re, & confuſio illorum cum ipſis ſine inter-
,, miſſione. *Apoc.* 12. Foris canes, & omnis qui
,, amat, & facit mendacium. *S. Baſil. de Spir.*
,, *Sanct. in proœm.* Extrema malitiæ linea men-
,, dacium. *S. Aug. de mendac. c.* 3. Quiſquis
,, enuntiat quod vel creditum omnino, vel opi-
,, natum tenet, etiamſi falſum ſit, non menti-
,, tur. Nec ideo ſine vitio eſt, ſi aut non cre-
,, denda credit, aut quod ignorat, noſſe ſe pu-
,, tat, etiamſi verum ſit; incognitum enim ha-
,, bet pro cognito. Quapropter ille mentitur,
,, qui aliud habet in animo, & aliud verbis, vel
,, quibuslibet ſignificationibus enuntiat. Unde
,, duplex cor dicitur mentientis, id eſt, duplex
,, cogitatio, una rei quam veram eſſe vel ſcit,
,, vel putat, & non profert; altera rei quam
,, pro iſta profert ſciens falſam eſſe, vel putans.
,, *Et contra mendac. c.* 15. Nullum juſtum eſſe
,, poteſt mendacium. Quando nobis de ſcriptu-
,, ris ſanctis mentiendi proponuntur exempla,
,, aut mendacia non ſunt, ſed putantur eſſe dum

,, non

,, non intelliguntur; aut ſi mendacia ſunt, imi-
,, tanda non ſunt, quia juſta eſſe non poſſunt.

*Mercador*: homem de negocio. *Gen.* 23.
,, Pecunia digna tradat eam mihi coram vobis
,, in poſſeſſionem. *Et c.* 37. Prætereuntibus Ma-
,, dianitis negotiatoribus vendiderunt eum. *Lev.*
,, 19. Nolite facere iniquum aliquid in judicio,
,, in regula, in pondere, in menſura. Statera
,, juſta, & æqua ſint pondera, juſtus modius,
,, æquuſque ſextarius. *Prov.* 11. Statera doloſa
,, abominatio eſt apud Dominum: & pondus
,, æquum, voluntas ejus. *Iſai.* 23. Erunt nego-
,, tiationes ejus, & mercedes ejus ſanctificatæ
,, Domino: his qui habitaverint coram Domino
,, erit negotiatio ejus. *S. Aug. in Pſal.* 70. Ait
,, negotiator: Ecce affero ex longinguo merces,
,, unde vivam, tamquam mercedem laboris
,, mei peto, ut cariùs vendam quam emerim.
,, Sed ſi agitur de mendacio, & perjurio, hoc
,, vitium meum eſt, non negotiationis. Poſſem
,, dicere: Tanto emi, ſed tanto vendam; ſi
,, placet, eme. Non enim iſtam veritatem au-
,, diens emptor repelletur, & non potius omnes
,, accurrerent; quia plus fidem quam mercem
,, diligerent. *Et in Pſal.* 136. Negotiari ma-
,, gnum eſt, lucra undique capere, diverſitate
,, negotiorum animum paſcere, augmentis lu-
,, crorum divitem remeare. Fluvius eſt iſte Ba-
,, bylonis. Quanto eris ditior, tanto timidior:
,, uno naufragio nudus exibis, & recte te plan-
,, ges.

*Merecimento*: a todas as boas obras correſ-
ponde o premio; e ás más o caſtigo. *Gen.* 4.
,, Non-

„ Nonne ſi bene egeris, recipies; ſin autem ma-
„ le, ſtatim in foribus peccatum aderit? *Prov.*
„ 11. Impius facit opus inſtabile: ſeminanti
„ autem juſtitiam merces fidelis. *Sap.* 5. Apud
„ Dominum eſt merces eorum. *Eccli.* 51. Ope-
„ ramini opus veſtrum ante tempus, & dabit
„ vobis mercedem veſtram in tempore ſuo. *Iſai.*
„ 3. Dicite juſto, quoniam bene, quoniam fructũ
„ adinventionum ſuarum comedet. Væ impio in
„ malum, retributio manuum ſuarum fiet ei.
„ *Matth.* 5. Merces veſtra copioſa eſt in cœlis.
„ *Apoc.* 22. Ecce venio citò, & merces mea
„ mecum eſt, reddere unicuique ſecundum ope-
„ ra ſua. *S. Aug. Op. imperf. contra Julian. lib.*
„ 2. *c.* 101. Hic merita comparari, ibi autem
„ præmia reddi fatemini. *Et contra Pelag. &*
„ *Cæleſt. c.* 31. Illud unde incipit omne meri-
„ tum, ſine merito accipimus, id eſt, ipſam
„ fidem.

*Meſtre*: o q̃ profeſſa, e enſina alguma arte, ou ſciencia. *Num.* 11. „ Congrega mihi, quos
„ tu noſti quod ſenes ſint, ac Magiſtri. 1. *Par.*
„ 19. Habebitis Magiſtros Levitas coram vobis.
„ *Eccli.* 12. Verba ſapientum ſicut ſtimuli, &
„ quaſi clavi in altum defixi, quæ per Magiſtro-
„ rum conſilium data ſunt à paſtore uno. *Matth.*
„ 23. Nec vocemini Magiſtri, quia Magiſter
„ veſter unus eſt Chriſtus. 2. *Tim.* 1. Magiſter
„ Gentium. *Et cap.* 4. Coacervabunt ſibi Magi-
„ ſtros prurientes auribus. *Jacob.* 3. Nolite plures
„ Magiſtri fieri. *S. Aug. ſer.* 23. Tutius eſt, ut & nos
„ qui loquimur, & vos qui auditis ſub uno Ma-
„ giſtro condiſcipulos nos eſſe noverimus: ut nos

„ non

„ non tãquam Magiſtros, ſed tãquam condiſci-
„ pulos veſtros audiatis.

*Milagre*: excede as forſas, e curſo da natureza. *Sap.* 16. „ Nix, & glacies ſuſtinebant „ vim ignis. *Jo.* 2. Hoc fecit initium ſignorum „ Jeſus: & manifeſtavit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli ejus. *Act.* 6. Faciebat „ prodigia, & ſigna magna. 4. *Reg.* 5. Vade, „ & lavare ſepties in Jordane, & recipiet ſanitatem caro tua. *Apoc.* 11. Hi habent poteſtatem „ claudendi cœlum ne pluat. *S. Aug. de utilit.* „ *credend. cap.* 17. Miraculum voco quidquid „ arduum, aut inſolitum ſupra ſpem, vel facultatẽ mirantis apparet. Quædam ſolã faciunt admirationem; quædam magnam gratiam benevolentiamque conciliant. Talia facta ſunt illo „ tempore, quo Deus in vero homine, quantum ſat erat, hominibus apparebat. Sanati languidi, mundati leproſi.

*Miniſtros de Deos*: dedicados ao ſeu culto. *Iſai.* 61. „ Vos ſacerdotes Domini vocabimini, „ miniſtri Dei mei. 2. *Cor.* 3. Idoneos nos fecit miniſtros novi teſtamenti. *Luc.* 1. Qui ab „ initio viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis. „ *Act.* 6. Nos orationi, & miniſterio verbi inſtantes erimus. *S. Aug. Confeſſ. lib.* 10. *c.* 26. „ Optimus miniſter tuus eſt, qui non magis „ intuetur hoc à te audire quod ipſe voluerit, ſed „ potius hoc velle quod à te audierit.

*Miniſtros de juſtiça*: Mageſtrados: zeladores das leis, da paz publica. *Dan.* 2. „ Conſtituit eum principem, & præfectum magiſtratuum ſuper cunctos ſapientes. 1. *Mach.* 8.
„ Com-

,, Committunt uni homini magiſtratum ſuum
,, per ſingulos annos, & omnes obediunt uni.
,, *Exod.* 18. Provide viros potentes, & timentes
,, Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint
,, avaritiam: qui judicent populum omni tem-
,, pore. *Sap.* 6. Data eſt à Domino poteſtas vo-
,, bis, & virtus ab Altiſſimo. Diligite lumen ſa-
,, pientiæ omnes qui præeſtis populis. *S. Aug. in*
,, *Pſal.* 61. Terrena reſpublica habet cives no-
,, ſtros adminiſtrantes res ejus. Quam multi fi-
,, deles, quam multi boni & Magiſtratus ſunt in
,, civitatibus ſuis, & Judices, & Duces, & Co-
,, mites, & Reges ſunt? Omnes juſti, & boni,
,, non habentes in corde niſi glorioſiſſima quæ
,, de te dicta ſunt, Civitas Dei.

*Miſerias da vida*; muitas, e continuas. *Job.* 14. ,, Homo natus de muliere, brevi vivens
,, tempore, repletur multis miſeriis. *Apoc.* 3.
,, Neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pau-
,, per, & cæcus, & nudus. *Jacob.* 5. Plorate
,, ululantes in miſeriis veſtris, quæ advenient
,, vobis. *Pſal* 129. In miſeriis non ſubſiſtent.
,, *Eccleſ.* 6. Hoc vanitas, & miſeria magna eſt.
,, *S. Aug. in Pſal.* 37. Portamus corpus morta-
,, le, plenum tentationibus, plenum ſollicitudi-
,, nibus, obnoxium doloribus corporalibus, ob-
,, noxium indigentiis, mutabile, languidum &
,, cum ſanum eſt, quia utique nondum plane
,, ſanum.

*Miſericordia*: compaixaõ das miſerias alheias. Deos he miſericordiozo. *Exod.* 34. ,, Deus mi-
,, ſericors, & clemens, patiens, & multæ miſe-
,, rationis, & verax, qui cuſtodit miſericordiam

,, in

„ in millia. *Iſai.* 3. Expectat Dominus ut miſe-
„ reatur veſtri; & ideo exaltabitur parcens vobis.
„ *Sap.* 11. Miſereris omnium, quia omnia po-
„ tes, & diſſimulas peccata hominum propter
„ pœnitentiam. *Thren.* 3. Miſericordiæ Domi-
„ ni quia non ſumus conſumpti, quia non defe-
„ cerunt miſerationes ejus. *Jo.* 10. Oves meæ
„ vocem meam audiunt: & ego vitam æternam
„ do eis. *S. Aug. in Pſal.* 32. Accipite miſeri-
„ cordiam fratres; accipiamus omnes. Nemo
„ accipiendo dormiat, ne ad reddendum male
„ excitetur. Accipite miſericordiam: ſic ad nos
„ clamat Deus, tamquam ſi tempore famis di-
„ ceretur, Accipite frumentum. Non dubitemus
„ exigere de Deo noſtro miſericordiam; vult
„ omnino exigi ſe. *Devem ſer os homens miſeri-*
„ *cordiozos. Luc.* 6. Eſtote miſericordes, ſicut &
„ Pater veſter miſericos eſt. *Oſe.* 12. Miſericor-
„ diam, & juſtitiam cuſtodi, & ſpera in Do-
„ mino ſemper. *Zach.* 7. Miſericordiam, &
„ miſerationes facite unuſquiſque cum fratre
„ ſuo. *Tob.* 4. Quomodo potueris, ita eſto
„ miſericors: ſi multum tibi fuerit, abundan-
„ ter tribue; ſi exiguum, libenter imperti-
„ ri ſtude. *Epheſ.* 4. Eſtote invicem benigni,
„ miſericordes, donantes invicem. *S. Aug. de*
„ *Civit. lib.* 9. *cap.* 5. Quid eſt miſericordia, niſi
„ alienæ miſeriæ quædam in noſtro corde com-
„ paſſio, quâ, ſi poſſumus, ſubvenire compelli-
„ mur? Servit motus iſte rationi, quando ita
„ præbetur, ut juſtitia conſervetur, ſive cum in-
„ digenti tribuitur, ſive cum ignoſcitur pœniten-
„ ti. *S. Gregor. Naz. de paup. amor.* Nulla omni-

„ no

„ no re perinde ut miſericordia Deus conciliatur.
„ Quandoquidem nec aliud quicquã Deo magis
„ proprium eſt, quippe quem miſericordia & ve-
„ ritas præcedant. *S. Jo. Chryſ. in 2. ad Cor. 9.*
„ Neque ſufficit miſereri, ſed oportet id & lar-
„ giter, & animo non triſti facere, ſed
„ alacri, & læto. Non enim par eſt triſtari, ſed
„ gaudere.

*Miſſa*: Sacrificio do Corpo, e Sangue de Chriſto. *Lev.* 26. „ Ambulabo inter vos, & ero
„ Deus veſter. *Malac.* 1. In omni loco ſacrifi-
„ catur, & offertur nomini meo oblatio munda.
„ *Luc.* 22. Hoc eſt corpus meum: Hoc facite
„ in meam commemorationem. *Act.* 2. Quoti-
„ die perdurantes unanimiter in templo, & fran-
„ gentes circa domos panem, ſumebant cibum
„ cum exultatione, & ſimplicitate cordis. *Hebr.*
„ 13. Habemus altare, de quo edere non ha-
„ bent poteſtatem, qui tabernaculo deſerviunt.
„ *S. Juſtin. M. Dialog. cum Triph.* A' nemine
„ ſane Deus hoſtias accipit, niſi à Sacerdotibus
„ ſuis; qui ſacrificia offerunt, quæ Jeſus Chriſtus
„ fieri tradidit. *S. Irenæus, lib. 4. cap. 32. ad-*
„ *verſus hæreſ.* Novi teſtamenti novam docuit
„ oblationem, quam Eccleſia ab Apoſtolis reci-
„ piens in univerſo mundo offert Deo. *S. Aug.*
„ *ſer.* 227. Poſt ſanctificationem ſacrificii Dei,
„ quia nos voluit eſſe ſacrificium ſuum, ubi
„ impoſitum eſt primum illud: ubi eſt peracta
„ ſanctificatio, dicimus orationem Dominicam.
„ Magna ergo ſacramenta, & valde magna.
„ Ecce accipitur corpus Chriſti.

*Miſtica*: vida eſpiritual, e interior. *Baruc.*

4. „ Sicut fuit ſenſus veſter, ut erraretis à Deo,
„ decies tantum iterum convertentes requiretis
„ eum. *Epheſ.* 4. Renovamini ſpiritu mentis ve-
„ ſtræ, & induite novum hominem, qui ſecundùm
„ Deum creatus eſt in juſtitia & ſanctitate. *Eccli.*
„ 2. Qui timent Dominum inquirent quæ be-
„ neplacita ſunt ei: & qui diligunt eum reple-
„ buntur lege ipſius. Qui timent Dominum præ-
„ parabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſan-
„ ctificabunt animas ſuas. *Jo.* 4. Meus cibus
„ eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me,
„ ut perficiam opus ejus. *S. Aug. ſer.* 4. Lectio
„ carnaliter ſonat; qui autem ſpiritum Dei acce-
„ pit ſpiritualiter ſapit. Qui ſpiritum recepit,
„ non ſit carnalibus voluptatibus ſervus, ſed
„ dominus corporis factus, & ſervus Creatoris,
„ dirigat ſe in viam præceptorum Dei, nec ve-
„ ſtigia ejus nutent, nec oculi ejus palpitent;
„ ſed intentione fidei proficiat.

*Miudezas da virtude*: naõ ſe devem deſpre-
zar. *Matth.* 25. „ Serve bone, & fidelis; quia
„ in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſti-
„ tuam. 1. *Petr.* 5. Modicum paſſos ipſe per-
„ ficiet. *Eccli.* 16. Qui ſpernit modica, paula-
„ tim decidet *Gal.* 5. Modicum frumenti totam
„ maſſam corrumpit. *S. Aug. ſer.* 4. *in Pſal.* 118.
„ Valde præcepit Deus hoc, & valde oportet
„ Dei cuſtodiri mandata. ::: Continuò divinum
„ quæſivit auxilium, ne in corde ejus Dei elo-
„ quia ſine fructu abſcondantur, niſi opera juſti-
„ tiæ ſequerentur. Legem dediſti, da etiam be-
„ nedictionem gratiæ, ut faciendo diſcant, quod
„ intimando juſſiſti.

*Modeſtia*: modera o geſto, e açoẽs com decencia conveniente ao eſtado. *Prov.* 22. „ Finis „ modeſtiæ timor Domini, divitiæ, & gloria, & „ vita. *Eccli.* 19. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab „ occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus: amictus „ corporis, & riſus dentium, & ingreſſus homi„ nis enuntiant de illo. *Matth.* 5. Luceat lux „ veſtra coram hominibus. *Phil.* 4. Gaudete in „ Domino ſemper, iterum dico gaudete; mo„ deſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. 1. „ *Petr.* 3. Cum modeſtia, & timore, conſcien„ tiam habentes bonam, ut in eo quod detra„ hunt, confundantur, qui calumniantur ve„ ſtram bonam in Chriſto converſationem. *S.* „ *Ambroſ. lib.* 3. *de Offic. cap.* 118. Bona domus „ in ipſo veſtibulo debet agnoſci. Habitus men„ tis in corporis ſtatu cernitur: animi vox eſt „ corporis motus. *S. Baſil. Epiſt. ad Canon.* „ Lingua uſi continenti ſilentio obvincta, oculis „ etiam adhibent moderationem, quam requi„ rit Euangelicæ perfectionis tenor: reliquis „ membris, modo quem & eorum ſuſceptæ vi„ tæ propoſitum, & ipſa ratio requireret. *S. Aug.* „ *de vita beata*, *n.* 32. Modeſtia dicta eſt à mo„ do, & à temperie temperantia. Ubi modus „ eſt atque temperantia, nec plus eſt quicquam, „ nec minus. Modus ergo animi ſapientia eſt.

*Morte*: ſeparaçaõ da alma. *Gen.* 3. „ Pulvis „ es, & in pulverem reverteris. 2. *Reg.* 14. „ Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in „ terram, quæ non revertuntur. *Hebr.* 9. Statu„ tum eſt hominibus ſemel mori. *Job.* 1. Nudus „ egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus „ re-

„ revertar illuc. *Luc.* 12. Eſtote parati, quia qua „ hora non putatis Filius hominis veniet. *S. Aug.* „ *in Pſal.* 7. *en.* 2. Sicut vita corporis anima, „ ſic vita animæ Deus: quomodo ſi anima deſe- „ rat, moritur corpus; ſic anima moritur, ſi de- „ ſerat Deus. *Et in Pſal.* 38. Quocumque te „ vertas, incerta omnia, ſola mors certa. Pau- „ per es? incertum eſt an diteſcas; indoctus, in- „ certum eſt an erudiaris; imbecillus, incertum „ eſt an convaleſcas. Natus es, certum eſt quia „ morieris. Inter hæc incerta, ſola mors certa. „ *S. Baſil. Orat.* 24. *de mort.* Mortalem te, quæ- „ ſo, eſſe recordare. *S. Ambroſ. de bon. mort.* Ju- „ ſtis mors eſt quietus portus, nocentibus nau- „ fragium putatur. *S. Cyprian. de mortal.* Non „ eſt exitus iſte, ſed tranſitus, & temporali iti- „ nere decurſo ad æterna tranſgreſſus. „ He util a memoria da morte, *Eccleſ.* 7. Os Santos a de- zejaõ, *Phil.* 1. *Job.* 6. *Pſal.* 141. Precioza a dos Juſtos, *Apoc.* 14. *Sap.*4. *Luc.* 12. *Pſal.* 115. Peſſima a dos impios, *Pſal.* 15. *Sap.* 5. (V. Quarta feira de Cinza.)

*Mortificaçaõ*: ſeparaçaõ da vida carnal, cou- zas illicitas, ou que deleitaõ. *Luc.* 9. „ Qui vult „ venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat „ crucem ſuam quotidie. 2. *Cor.* 4. Semper mor- „ tificationem Jeſu in corpore noſtro circumfe- „ rentes. *Pſal.* 43. Propter te mortificamur tota „ die. *Prov.* 16. Melior eſt patiens viro forti, & „ qui dominatur animo ſuo, expugnatore urbium. „ *Matth.* 11. Regnum cœlorum vim patitur, „ & volenti rapiunt illud. *S. Aug. ſer.* 156. *c.* 9. „ Hoc opus noſtrum in hac vita, actiones carnis

„ ſpiritu mortificare ; quotidie affligere , minue-
„ re, frænare , interimere. In hoc agone confli-
„ gimus , Deum habemus ſpectatorem : Deum
„ poſcimus adjutorem. *S. Gregor. Magn. lib.* 4.
„ *Dial. c.* 11. Habent quippe ſancti viri hoc
„ proprium , ut quo ſemper ab illicitis longe
„ ſint , à ſe plerumque etiam licita abſcindant.
„ *S. Baſilius, hom.* 11. *in hexam.* Tuis fac im-
„ peres cogitationibus , imperator ut ſis , quæ
„ ſunt , omnium. Ad hanc doctrinæ formulam
„ collatus nobis principatus per animalia , mores
„ noſtros concinno ordine moderatur , & dirigit ,
„ ut noſtri ipſorum diſcamus eſſe domini.

*Mulher* : companheira do homem para criar os filhos. *Prov.* 31. „ Mulier timens Dominum
„ ipſa laudabitur. *Eccli.* 26. Gratia ſuper grati-
„ am mulier ſancta , & pudorata. *Gen.* 3. Sub
„ viri poteſtate eris , & ipſe dominabitur tui.
„ *Epheſ.* 5. Mulieres ſubjectæ ſint viris ſuis ſicut
„ Domino. *S. Aug. ſer.* 9. *c.* 9. Caſtæ uxores
„ veſtræ oſtendunt vobis , fieri poſſe quod non
„ vultis facere ; & ideo dicitis fieri non poſſe.
„ Prior à ſerpente decepta eſt : multa illi cuſto-
„ dia eſt : eſt etiam verecundiæ , & pudoris illius
„ magnum munimentum. Ideo mulieri maior
„ cuſtodia , quia maior infirmitas.

*Mundo* : condiçaõ da natureza corruta : peccadores que amaõ a terra. 1. *Jo.* 5. „ Mun-
„ dus totus in maligno poſitus eſt. 1. *Cor.* 7.
„ Qui utuntur hoc mundo , tamquam non utan-
„ tur ; præterit enim figura hujus mundi. *Iſai.*
„ 52. Recedite , recedite , exite hinc , pollutum
„ nolite tangere ; exite de medio ejus , munda-
„ mini.

„ mini. *Jo.* 3. Miſit Deus Filium in mundum, „ ut ſalvetur mundus per ipſum. *Et c.* 116. Re- „ gnum meum non eſt de hoc mundo. *Jac.* 4. „ Amicitia hujus mundi inimica eſt Dei. *S. Cy-* „ *prian. de* 12. *abuſ.* Mundi amor, & Dei pariter „ in uno corde habitare non poſſunt, quemad- „ modum oculi pariter cœlum & terram nequa- „ quam conſpiciunt. *S. Ambroſ. de Virgin.* Diſ- „ cite in hoc mundo ſupra mundum eſſe; & ſi „ corpus geritis, volitet in vobis ales interior. „ *S. Gregor. Magn. lib.* 9. *Moral.* Qui nihil hu- „ jus mundi appetunt, proculdubio nullis tumul- „ tibus in corde premuntur. *S. Aug. in Pſal.* 141 „ Audi mundum quem fecit Deus, & mundum „ quem regit diabolus, id eſt dilectores mundi. „ Homines fecit Deus, dilectores mundi non „ eos fecit. Mundum enim diligere peccatum „ eſt.

*Murmuraçaõ*: fallar mal do auzente. *Exod.* 22. „ Diis non detrahes, & principi populi tui „ non maledices. *Eccli.* 19. Audiſti verbum ad- „ verſus proximum tuum? commoriatur in te. „ *Pſal.* 100. Detrahentem ſecretò proximo ſuo, „ hunc perſequebar. *Eccleſ.* 10. In cogitatione „ tua Regi ne detrahas, & in cubiculo ſecreti „ tui ne maledixeris diviti, quia & aves cœli „ portabunt vocem tuam. *Matth.* 23. Serpentes, „ genimina viperarum, quomodo fugietis à ju- „ dicio gehennæ? *Sap.* 1. A' detractione parcite „ linguæ, quoniam ſermo obſcurus in vacuum „ non ibit. *S. Aug. in Jo. tract.* 26. Mali patres „ malorum, infideles patres infidelium, mur- „ muratores patres murmuratorum. Nam de

„ nul-

„ nulla re magis Dominum offendiſſe ille popu-
„ lus dictus eſt, quam contra Deum murmu-
„ rando. *Jo. Chryſ. hom.* 3. *ad popul.* Hoc magis
„ ridiculum eſt, quod cum aliquid arcanum di-
„ xerint, rogant audientem, & adjurant, ne cui-
„ quam alteri amplius dicat, hinc declarantes
„ quod rem reprehenſione dignam commiſe-
„ runt. *S. Hieronym. in Epiſt. ad Hebr.* Cave ne
„ ipſe detrahas aliis, aut alios audias detrahen-
„ tes, non minus auribus, quam lingua fugias
„ detractionem, nam detractor dum te videt
„ non libenter audire, non facile poteſt detrahe-
„ re.

*Muzica*: conſonancia de vozes. *Exod.* 15.
„ Cecinit Moyſes & filii Iſrael carmen hoc Do-
„ mino: cantemus Domino: glorioſe enim ma-
„ gnificatus eſt. *Sap.* 10. Juſti decantaverunt
„ Domine nomen ſanctum tuum. 2. *Par.* 29.
„ Præcepit Ezechias & principes Levitis, ut lau-
„ darent Dominum ſermonibus David, & Aſaph
„ videntis, qui laudaverunt eum magna lætitia.
„ *Pſal.* 149. Cantate Domino canticum novum.
„ *S. Aug. in Pſal.* 150. Muſici dicunt, & res
„ manifeſta eſt, tria eſſe genera ſonorum, voce,
„ flatu, & pulſu: nullum prætermiſſum eſt: nam
„ vox eſt in choro, flatus in tuba, pulſus in ci-
„ thara: tamquam mens, ſpiritus, corpus. *Et*
„ *de muſic. lib.* 1. *c.* 2. Muſica eſt ſcientia bene
„ modulandi. Modulatio dicitur peritia, qua fit
„ ut bene aliquid moveatur. *Et Confeſſ. lib.*9. *c.*6.
„ Quantum flevi in hymnis, & canticis tuis,
„ ſuave ſonantibus Eccleſiæ tuæ vocibus com-
„ motus acriter! *S. Ambroſ. præf. in Pſal.* Pſal-

„ mus

„ mus benedictio populi eſt, Dei laus, plebis
„ laudatio, plauſus omnium, ſermo univerſorum,
„ vox Eccleſiæ, fidei canora confeſſio, liberta-
„ tis lætitia, clamor jucunditatis. Hic omni dul-
„ cis ætati, hic utrique aptus eſt ſexui. Hunc
„ ſenes rigore ſenectutis depoſito canunt. Hunc
„ juvenes ſine invidia cantant laſciviæ. Juven-
„ culæ ſine diſpendio matronalis pſallunt pudo-
„ ris. Certant clamare ſinguli quod omnibus
„ proficit.

*Naſcimento*: entrada no mundo: tambem ſe chama aſſim a regeneraçaõ, porque ſe entra na Igreja: e a morte dos juſtos, pois morrendo, começaõ a viver na eternidade. *Sap.* 7. „ Et ego
„ natus accepi communem aerem, & in ſimi-
„ liter factam decidi terram, & primam vocem
„ ſimilem omnibus emiſi plorans. *Jo.* 3. Quod
„ natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum
„ eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt. *Gal.* 4. Qui de ancil-
„ la, ſecundum carnem natus eſt: qui autem
„ de libera, per repromiſſionem. *Eccli.* 4. Occu-
„ patio magna creata eſt omnibus hominibus,
„ & jugum grave ſuper filios Adam, à die exitus
„ de ventre matris eorum, uſque in diem ſepul-
„ turæ in matrem omnium. *Luc.* 1. Multi in na-
„ tivitate ejus gaudebunt. 2. *Mach.* 7. Qui for-
„ mavit hominis nativitatem. *S. Aug. tr.* 2. *in*
„ *Jo.* Noverat nativitatem ex Adam, & Eva;
„ ex Deo, & Eccleſia nondum noverat; non no-
„ verat niſi parentes qui generant ad mortem;
„ nondum noverat eos qui generant ad vitam.
„ Cum ſint duæ nativitates, ille unam intellige-
„ bat. Una eſt de terra, alia è cœlo; una de

„ car-

„ carne, alia de ſpiritu; una de mortalitate, alia
„ de æternitate.

*Natureza:* principio das açoens, movel da couza, ou peſſoa. *Sap.* 7. „ Naturas animalium,
„ & iras beſtiarum, vim ventorum, & cogitatio-
„ nes hominum, differentias virgultorum, &
„ virtutes radicum didici: omnium enim artifex
„ docuit me ſapientia. *Jacob.* 3. Omnis natura
„ beſtiarum domantur, & domita ſunt a natura
„ humana. *Epheſ.* 2. Eramus natura filii iræ:
„ Deus autem dives in miſericordia; cum eſſe-
„ mus mortui peccatis, convivificavit nos in Chri-
„ ſto. *Eccleſ.* 7. Hoc inveni, quod fecerit Deus
„ hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcue-
„ rit quæſtionibus. *Gen.* 8. Senſus, & cogitatio
„ humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſ-
„ centia ſua. *S. Aug. de morib. Manich. lib.* 2. *c.*
„ 2. Natura nihil eſt aliud quam id quod intelli-
„ gitur in ſuo genere aliquid eſſe. *Et Op. imperf.*
„ *contra Julian. lib.* 3. *c.* 153. In homine nato
„ & natura eſt, quam non negas bonum, de quo
„ laudamus Creatorem Deum, & vitium quod
„ non negas malum.

*Navegaçaõ:* jornada maritima. *Sap.* 10.
„ Per contemptibile lignum juſtum gubernans.
„ *Eccli.* 43. Qui navigant mare, enarrent peri-
„ cula ejus; & audientes auribus noſtris admi-
„ rabimur. Illic præclara opera, & mirabilia.
„ *Luc.* 8. Navigantibus illis, obdormivit, &
„ deſcendit procella venti, & periclitabantur.
„ Accedentes autem ſuſcitaverunt eum dicen-
„ tes; Magiſter, perimus. Ille autem ſurrexit,
„ & imperavit vento, & tempeſtas aquæ ceſſavit.

„ *Ja-*

,, *Jacob.* 3. Ecce & naves, cum magnæ ſint, & ,, à ventis validis minentur, circumferuntur à ,, modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis ,, voluerit. *S. Aug. in Pſal.* 106. Omnes in navi ,, ſumus: alii operantur, alii portantur; ſimul ,, tamen omnes & in tempeſtate periclitantur, ,, & in portu ſalvantur.

*Naufragio:* ruina da embarcaçaõ, e dos navegantes, que talvez eſcapaõ. *Act.* 27. ,, Impegerunt navem; & prora fixa manebat immobilis; puppis verò ſolvebatur à vi maris. 2. ,, *Cor.* 12. Ter naufragium feci, nocte & die ,, in profundo maris fui. 1. *Tim.* 1. Bonam conſcientiam repellentes, circa fidem naufragaverunt. *Pſal.* 68. Non me demergat tempeſtas ,, aquæ, neque abſorbeat me profundum, neque ,, urgeat ſuper me puteus os ſuum. *Exod.* 15. ,, Abyſſi operuerunt eos, deſcenderunt in profundum quaſi lapis. *S. Aug. in Pſal* 123. Amatores hujus ſæculi paſſi ſunt naufragium, & ,, nudi omnes exierunt: quod foris habebant ,, amiſerunt, & domum cordis ſui invenerunt ,, inanem: Paulus autem in corde ferebat patrimonium fidei ſuæ; nullis fluctibus, nullis ,, tempeſtatibus potuit auferri: nudus exiit, & ,, dives.

*Nobreza:* dignidade, ou eminencia, de eſtado, por ſangue, ou proprios meritos. *Prov.* 31. ,, Nobilis in portis vir ejus. *Ecceſ.* 10. Beata terra cujus Rex nobilis eſt. 1. *Cor.* 1. Non ,, multi nobiles; & ignobilia mundi elegit Deus. ,, *Luc.* 19. Homo quidã nobilis abiit in regionem ,, longinquã accipere ſibi regnum. *Sap.* 8. Gene-

,, roſi-

„ roſitatem illius glorificat, contubernium ha-
„ bens Dei. *S. Aug. de ſer. Dñi in monte, lib.* 1.
„ *c.* 19. Nobilitas & ſecundum Deum, & ſecun-
„ dum hoc ſæculum poteſt eſſe: in quocumque
„ diſcipulo Chriſti contemptū fuerit quod Chri-
„ ſtianus eſt, multo magis in ſe contemni pa-
„ ratus ſit, ſi quos hujus ſæculi honores habet.
„ *Et in Pſal.* 89. Multi elegerunt paupertatem
„ in ſæculo, nobilitatem in Chriſto.

*Nome:* por onde a couza, ou peſſoa ſe conhece. *Gen.* 2. „ Omne quod vocavit Adam
„ animæ viventis, ipſum eſt nomen ejus. *Luc.*
„ 10. Gaudete quod nomina veſtra ſcripta ſunt
„ in cœlis. *Apoc.* 3. Qui vicerit, non delebo no-
„ men ejus de libro vitæ, & confitebor nomen
„ ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.
„ *Iſai.* 49. Dñus ab utero vocavit me, de ven-
„ tre matris meæ recordatus eſt nominis mei.
„ *Hebr.*2. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.
„ *S. Aug. contra Jul. op. imperf. lib.* 5. *c.* 1. A-
„ dam univerſis generibus animarum vivarum
„ nomina impoſuit: quod excellentiſſimæ fuiſſe
„ indicium ſapientiæ in ſæcularibus etiam literis
„ legimus. *Et in Pſal.* 9. Non propter ſe nomen
„ eſt, ſed propter quod ſignificat. *Et in Jo. E-*
„ *piſt. tr.* 4. Qui vocantur & non ſunt, quid il-
„ lis prodeſt nomen, ubi res non eſt? Quam
„ multi vocantur medici, qui curare non no-
„ runt! Quam multi vocantur vigiles, qui tota
„ nocte dormiunt! Sic multi vocantur Chriſtiani,
„ & in rebus non inveniuntur, quia hoc quod vo-
„ cantur non ſunt, id eſt, in vita, in moribus,
„ in fide, in ſpe, in caritate.

*Novidade :* perniciozo o dezejo de novidades. *Act.* 17. „ Athenienſes ad nihil aliud vacabant, „ niſi aut dicere,aut audire aliquid novi. *Rom.*12. „ Non plus ſapere quam oportet ſapere , ſed ſa- „ pere ad ſobrietatem. *Eccli.* 3. In ſupervacuis „ rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus „ operibus ejus non fueris curioſus. 1. *Tim.* 6. „ Depoſitum cuſtodi, devitans prophanas vocum „ novitates. *S. Aug. de morib. Manich. lib.* 2. *c.* „ 10. Videſtiſne quomodo novitatis appetitio, „ comite errore , in magnas deducatur angu- „ ſtias.

*Nudez :* ſentirſe he effeito do peccado. *Gen.*2. „ Erat uterque nudus , & non erubeſcebant. *Et* „ *cap.* 3. Cum cognoviſſent ſe eſſe nudos , con- „ ſuerunt folia ficus. *Tob.* 4. De veſtimentis tuis „ nudos tege. *Iſai.* 20. Fecit ſic vadens nudus, „ & diſcalceatus. *Ezech.* 16. Eras nuda, & con- „ fuſione plena. *Amos* 2. Nudus fugies in die „ illa. *Mich.* 1. Vadam ſpoliatus & nudus. *S.* „ *Aug. ſer.* 122. Confuſionem præceſſit cauſſa „ peccati. Si non præceſſiſſet iniquitas, nun- „ quam erubeſceret nuditas. Nudi enim erant, „ & non confundebantur.

*Obediencia :* cumprir os preceitos , porque „ aſſim mandaõ os maiores. *Deut.* 17. Facies „ quodcumque dixerint, qui præſunt loco, quem „ elegerit Dominus. *Matth.* 23. Quæcumque „ dixerint vobis , ſervate & facite. 1. *Petr.* 2. „ Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ pro- „ pter Deum. *Epheſ.* 6. Servi obedite dominis „ veſtris carnalibus cum timore, & in ſimplici- „ tate cordis veſtri,ſicut Chriſto. *Hebr.* 13. Obe-

„ dite

„ dite præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis. *Prov.* „ 21. Vir obediens loquetur victorias. 1. *Reg.* „ 15. Melior eſt obedientia quam victimæ. *S.* „ *Ambroſ. de Iſaac cap.* 3. Rebecca Eccleſiam „ præfigurabat, quæ ut digna Chriſti ſponſa eſſe „ poſſit, inter omnes alias virtutes, primo „ omnium loco, exactam quamdam profiteri „ debet obedientiam. *S. Aug. in Pſal.* 70. *conc.* „ 2. Nihil ita expedit animæ quam obedire, etſi „ expedit animæ obedire in ſervo, ut obediat „ Domino, in filio, ut obediat Patri, in uxore, „ ut obediat viro, quanto magis in homine, ut „ obediat Deo? *S. Gregor. lib.* 31. *Moral. cap.* „ 104. Obedientia non ſervili metu, ſed caritatis „ affectu ſervanda eſt; non terrore pœnæ, ſed „ amore juſtitiæ: in ea quæ exhibetur obedien„tia, caritas fulgeat.

*Obras* boas agradaveis a Deos, dignas de premio. *Gen.* 22. „ Quia feciſti hanc rem, be„nedicam tibi. *Exod.* 23. Si feceris omnia quæ „ loquor, inimicus ero inimicis tuis. Servietis „ Domino, ut benedicam panibus & aquis. „ *Eccli.* 20. Qui operatur juſtitiam ipſe exalta„bitur. *Matth.* 10. Dignus eſt operarius cibo „ ſuo. *Act.* 10. In omni gente, qui timet De„um, & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi. „ 1. *Mach.* 2. Mementote operum patrum, „ quæ fecerunt in generationibus ſuis; & acci„pietis gloriam magnam, & nomen æternum. „ *S. Aug. in Pſal.* 36. *en.* 2. Labore tranſacto, „ veniet regnum æternum, veniet ſine fine feli„citas, veniet æqualitas Angelorum, veniet „ hæreditas Chriſti. Pro quanto labore quantam

„ mer-

,, mercedem accipimus? *Et in Pſal.* 42. Quam ,, celeriter accipiuntur orationes bene operanti- ,, um: & hæc juſtitia hominis in hac vita, je- ,, junium, eleemoſina, oratio. *Más obras, di- ,, gnas de caſtigo. Gen.* 6. Videns Deus quod ,, multa malitia hominum eſſet in terra, Delebo, ,, inquit, hominem, quem creavi. *Deut.* 27. ,, Maledictus homo qui facit ſculptile: maledi- ,, ctus qui transfert terminos proximi ſui: ma- ,, ledictus qui pervertit judicium. *Matth.* 25. ,, Inutilem ſervum ejicite in tenebras exteriores. ,, *S. Aug. de Civit. lib.* 21. *c.* 13. Pœnæ inferun- ,, tur pro peccatis ſive præteritis, ſive in quibus ,, adhuc vivit ille qui plectitur, vel pro exercen- ,, dis, declarandisque virtutibus.

*Obſequio*: cortezia, açaõ em que ſe honra ao proximo. 2. *Par.* 24. ,, Adoraverunt, qui ,, delinitus obſequiis eorum, acquievit eis. *Jo.* 16. ,, Arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. *Rom.* ,, 12. Rationabile obſequium veſtrum. 3. *Reg.* ,, 10. Beati viri tui, & beati ſervi tui, qui ſtant ,, coram te ſemper. *S. Aug. de quæſt.* 83. *qu.* 31. ,, Religio eſt, quæ ſuperioris cujuſdam naturæ, ,, quam divinam vocant, curam, ceremoniam- ,, que adfert. Obſervantia, per quam homines ,, aliqua dignitate antecellentes, cultu quodam, ,, & honore dignamur.

*Obſervancia* fiel dos preceitos, e conſelhos do Senhor. *Exod.* 34. ,, Obſerva cuncta quæ ho- ,, die mando tibi. *Prov.* 3. Cuſtodi legem, at- ,, que conſilium, & erit vita animæ tuæ, & gra- ,, tia faucibus tuis. *Jo.* 14. Si diligitis me, ,, mandata mea ſervate. *Rom.* 12. Providentes ,, bona

„ bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram
„ hominibus. 4. *Reg.* 5. Si rem grandem dixiſ-
„ ſet tibi, certe facere debueras. *S. Aug. Epiſt.*
„ 129. Quæ non ſunt contra fidem, neque con-
„ tra bonos mores, & habent aliquid ad exhorta-
„ tionem vitæ melioris, ubicumque inſtitui vi-
„ demus, vel inſtituta cognoſcimus, non ſolum
„ non improbemus, ſed etiam laudando, & imi-
„ tando ſectemur.

*Obſtinaçaõ* no peccado. Exod. 11. *Non audiet vos Pharao, ut multa ſigna fiant. Induravit Dominus cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſrael.* Deut. 10. *Cervicem veſtram ne induretis amplius.* Jerem. 5. *Renuerunt accipere diſciplinam; induraverunt facies ſuas, & noluerunt reverti.* Jo. 12. *Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum; ut non videant oculis, & non intelligant corde, & convertantur.* 2. Cor. 12. *Lugeam multos, qui peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam.* Apoc. 9. *Neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum ſuarum.* S. Aug. Epiſt. 94. c. 8. *Deus miſeretur gratuito dono, obdurat autem juſtiſſimo merito.*

*Ocaziaõ:* oportunidade de tempo ſe deve aproveitar. *Judic.* 14. „ Neſciebant quod res à
„ Domino fieret, & quæreret occaſionem contra
„ Philiſthiim. *Prov.* 9. Da ſapienti occaſionem,
„ & addetur ei ſapientia: doce juſtum, & feſtina-
„ bit accipere. *Dan.* 6. Non inveniemus Danie-
„ li huic aliquam occaſionem, niſi forte ex lege
„ Dei ſui. *Phil.* 1. Sive per occaſionem, ſive
„ per veritatem Chriſtus annuntietur; in hoc
„ gaudeo. *Luc.* 19. Ad terram proſternent te;
„ eo quod non cognoveris tempus viſitationis

„ tuæ

„ tuæ. *S. Aug. in Jo. tr.* 44. Aliud eſt tempus
„ operationis, aliud receptionis. Cum vivis,
„ fac, ſi facturus es. In illa nocte dives ardebat,
„ & ſtillam aquæ de digito pauperis requirebat.
„ O' infelix, quando vivebas, tunc erat tem-
„ pus operandi; modo jam in nocte es, in qua
„ nemo poteſt operari.

*Ociozidade*: mãy dos vicios. *Prov.* 12. „ Qui
„ ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt. *Eccli.* 40. De-
„ ſideria occidunt pigrum; noluerunt manus
„ ejus quidquam operari. *Ezech.* 16. Hæc fuit
„ Sodomæ ſororis tuæ ::: abundantia, & otium
„ ipſius. *Matth.* 20. Quid hic ſtatis tota die
„ otioſi? Ite & vos in vineam meam. 1. *Tim.*
„ 5. Non ſolum otioſæ, ſed & verboſæ, & curio-
„ ſæ, loquentes quæ non oportet. *S. Aug. de*
„ *Civit. lib.* 3. *c.* 9. Minus fortaſſe decepiſſent
„ (dæmones) ſi otioſum minime reperiſſent.
„ Quanto enim minus occupatum invenerunt,
„ tanto magis ipſi occupaverunt. *S. Hieron.*
„ *Epiſt.* 4. Facito aliquod operis, ut te ſemper
„ diabolus inveniat occupatum.

*Odio*: ira envelhecida contra alguem. *Prov.*
26. „ Qui operit odium fraudulenter, revelabi-
„ tur malitia ejus in concilio. *Lev.* 19. Non
„ oderis fratrem tuum in corde tuo. *Luc.* 27.
„ Benefacite his, qui oderunt vos. 1. *Jo.* 2. Qui
„ odit fratrem ſuum in tenebris eſt. *S. Aug. Epiſt.*
„ 38. Quam vigilandum ſit, ne cujuſquam o-
„ dium cordis intima teneat, neque ſinet, ut
„ oremus Deum in cubiculo noſtro clauſo oſtio.
„ Ira inveteraſcens fit odium, dum quaſi juſti
„ doloris admixta dulcedo, diutius eam in va-

„ ſe

„ ſe detinet, donec totum areſcat, vaſque cor-
„ rumpat.

*Offerta* que ſe faz a Deos. *Exod.* 29. „ Oblatio eſt Domino, odor ſuaviſſimus victimæ Domini. 1. *Eſdr.* 6. Offerant oblationes Deo cœli. *Eccli.* 14. Deo dignas oblationes offer. *Hebr.* 10. Sanctificati ſumus per oblationem Corporis Jeſu Chriſti ſemel. Et omnis Sacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans: Hic autem unam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet. *Luc.* 12. Vidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſerunt in gazophylacium. *S. Aug. ſer.* 48. Quærebas quid offerres pro te: offer te. Quid enim Dñus quærit à te, niſi te? Quia in omni creatura terrena nihil melius fecit te. Quærit te à te, quia tu perdideras te. Si autem facias quod juſſit, inveniet in te judicium & juſtitiam: judicium primo in te ipſo, juſtitiam ad proximum tibi.

*Officiaes:* devem ſer perfeitos nas ſuas artes. *Exod.* 35. „ Implevit eum ſpiritu Dei, ſapientia & intelligentia, ſcientia & omni doctrina ad excogitandum, & faciendum opus in auro, & argento, & ære, ſculpendiſque lapidibus, & opere carpentario. 2. *Par.* 2. Miſi tibi virum prudentem & ſcientiſſimum Hiram, patrem meum, qui novit operari in auro, & argento, ære, & ferro, in purpura quoque. *Sap.* 15. Figulus mollem terram premens, laborioſe fingit ad uſus noſtros. *Act.* 18. Quia ejuſdem artis erat, manebat apud eos: erant enim ſcenofactoriæ artis. *S. Aug. de Civit. lib.*

7.

„ 7. *c.* 3. Cum in genere humano plures alliciat „ avaritia quam peritia; & in eis qui ſunt arti- „ ficioſi raro invenies hominem qui non ha- „ beat artem ſuam pecuniaria mercede vena- „ lem, pluriſque pendatur ſemper propter quod „ aliquid ſit, quam id propter quod aliud ſit.

*Officios divinos:* exercicio dos Anjos, e ſer- „ vos de Deos. *Iſai.* 56. Adducam eos in mon- „ tem ſanctum meum, & lætificabo eos in domo „ orationis meæ. Holocauſta, & victimæ eo- „ rum placebunt mihi ſuper altari meo. *Judith.* „ 4. Inſtantia magna humiliaverunt animas ſu- „ as in jejuniis, & orationibus. 1. *Par.* 29. Cum „ vota ſemper promitterent, corde toto offerebāt „ ea Domino. 2. *Par.* 30. Surrexerunt Sacer- „ dotes benedicentes populo, & exaudita eſt „ vox eorum, pervenitque oratio in habitacu- „ lum ſanctum cœli. *Act.* 2. Erant perſeveran- „ tes in doctrina Apoſtolorum, & communica- „ tione fractionis panis, & orationibus. 1. *Cor.* „ 14. Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. *S. Aug.* „ *de Civit. lib.* 2. *c.* 28. Populi confluunt ad Ec- „ cleſias caſta celebritate, honeſta utriuſque ſe- „ xus diſcretione: ubi audiant, quam bene hic „ ad tempus vivere debent, ut poſt hanc vitam „ beatè, ſemperque vivere mereantur: ubi ſan- „ cta Scriptura, juſtitiæque doctrina de ſuperio- „ re loco in conſpectu omnium perſonante, & „ qui faciunt audiant ad præmium, & qui non „ faciunt audiant ad judicium. Quò etſi veniunt „ talium præceptorum irriſores, omnis eorum „ petulantia aut repentina immutatione depo- „ nitur, aut timore vel pudore comprimitur.

„ Nihil enim eis turpe, aut flagitioſum ſpectan-
„ dum immitandumque proponitur, ubi veri Dei
„ aut præcepta inſinuãtur, aut miracula narran-
„ tur, aut dona laudantur, aut beneficia poſtu-
„ lantur. *S. Ambroſ. Epiſt.* 82. Angelorum mi-
„ litia eſt, ſemper eſſe in Dei laudibus, non
„ enim ceſſant clamare quotidie una voce di-
„ centes: Sanctus, Sanctus, Sanctus. *S. Hieron.*
„ *in Pſal.* 150. Quod faciunt Angeli in cœlis,
„ hoc Clerici faciunt in terris.

*Olhos:* devemſe apartar do que naõ he licito dezejar. *Iſai.* 33. „ Qui claudit oculos ſuos ne
„ vidat malum, iſte in excelſis habitabit: Re-
„ gem in decore ſuo videbunt oculi ejus. *Prov.*
„ 4. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ
„ præcedant greſſus tuos. *Thren.* 3. Oculus meus
„ deprædatus eſt animam meam. *Pſal.* 118. A-
„ verte oculos meos ne videant vanitatem. *Job.*
„ 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne co-
„ gitarem quidem de virgine. *Matth.* 5. Si ocu-
„ lus tuus ſcandalizat te, erue eum, & projice
„ abs te. *Et c.* 6. Si oculus tuus fuerit ſimplex,
„ totum corpus tuum lucidum erit. *S. Aug. ſer.*
„ 286. Excutite fidem veſtram, oculos cordis
„ proferte, nolite humanos: habetis alios intus,
„ quos vobis Dominus fecit, qui vobis cordis o-
„ culos aperuit quando fidem dedit. *S. Greg. Mo-*
„ *ral. lib.* 21. *c.* 2. Quiſquis per has corporis fe-
„ neſtras incautè exterius reſpicit, plerumque
„ in delectationẽ peccati etiã nolens cadit, atque
„ obligatus deſideriis incipit velle quod nolebat.

*Omiſſaõ:* faltar ao que ſe devia fazer. *Matth.* 25. „ Abſcondi talentum tuum in terra, ecce
„ habes quod tuum eſt. Inutilem ſervum ejicite

„ in tenebras exteriores. *Thren.* 1. Viæ Sion lu-
„ gent, eo quod non ſit qui veniat ad ſolemni-
„ tatem. *Apoc.* 2. Charitatem tuam primam re-
„ liquiſti. 1. *Reg.* 2. Filii Heli, filii Belial, neſ-
„ cientes Dominum, neque officium Sacerdo-
„ tum ad populum. *Jer.* 5. Renuerunt accipe-
„ re diſciplinam. *Et c.* 9. Dolo renuerunt ſcire
„ me. *S. Aug. de perfect. juſtit. c.* 21. Dimitte
„ nobis debita noſtra, non opus eſſet dicere, ſi
„ nunquam vel in lapſu linguæ, vel in oble-
„ ctanda cogitatione ejuſdem peccati deſideriis
„ aliquantulum conſentiremus. *Et in Pſal.* 30.
„ Peccatum nihil eſt, & nihil faciunt homines
„ cum peccant.

*Opiniaõ:* materia duvidoza, em que huns ſe-
„ guem huma parte, outros a contraria. *Marc.*
„ 13. Cum audieritis bella, & opiniones bello-
„ rum, ne timueritis. *Act.* 23. Facta eſt diſſen-
„ ſio inter Phariſæos, & Sadducæos, & ſoluta eſt
„ multitudo. *Iſai.* 55. Non enim cogitationes
„ meæ, cogitationes veſtræ; neque viæ meæ,
„ viæ veſtræ. *Hebr.* 13. Doctrinis variis & per-
„ egrinis nolite abduci. *S. Aug. de Catech. rud.*
„ *c.* 25. Cum videris multos non ſolum hæc
„ facere, ſed etiam defendere, atque ſuadere,
„ tene te ad legem Dei, & non ſequaris præ-
„ varicatores ejus. Non enim ſecundum illo-
„ rũ ſenſũ, ſed ſecundũ illius veritatẽ judicaberis.
„ *Et in Epiſt. ad Hieron.* Sciant fieri poſſe, ut
„ inter cariſſimos aliquid alterutro ſermone con-
„ tradicat; nec veritas odium pariat, quæ de-
„ betur amicitiæ.

*Opprobrio;* infamia, vituperaçaõ de alguem

na ſua prezença. *Prov.* 6. Turpitudinem, &
„ ignominiam congregat ſibi, & opprobrium
„ ejus non delebitur. *Iſai.* 47. Revelabitur igno-
„ minia tua, & videbitur opprobrium tuum.
„ *Jer.* 15. Tuere me ab his, qui perſequuntur
„ me: ſcito quoniam ſuſtinui propter te oppro-
„ brium. *Ezech.* 5. Eris opprobrium, & blaſ-
„ phemia, exemplum, & ſtupor in gentibus.
„ *Hebr.* 1. Magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſio-
„ num: opprobriis, & tribulationibus ſpecta-
„ culum facti. *Luc.* 1. Dominus reſpexit aufer-
„ re opprobrium meum. *S. Aug. in Pſal.* 68. Op-
„ probrium eſt quod objicit inimicus. Quare
„ mihi ſit opprobrium, tu noſti: erue me.

*Oraçaõ*: levantar o penſamento a Deos. *Matth.* 11. „ Quæcumque orantes petitis, cre-
„ dite quia accipietis. *Judith.* 5. Humilium &
„ manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio.
„ 1. *Cor.* 14. Orabo ſpiritu, orabo & mente.
„ *Luc.* 18. Oportet ſemper orare, & non defi-
„ cere. *Act.* 1. Erant perſeverantes unanimiter
„ in oratione. *Eccli.* 39. Cor ſuum tradet ad vi-
„ gilandum diluculo ad Dominum, qui fecit il-
„ lum. *Sap.* 16. Oportet prævenire ſolem ad
„ benedictionem tuam, & ad orientem lucis te
„ adorare. 1. *Tim.* 2. Obſecro igitur primum
„ omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtu-
„ lationes, gratiarum actiones. *Jacob.* 5. Ora-
„ te pro invicem, ut ſalvemini: multum enim va-
„ let deprecatio juſti aſſidua. *S. Jo. Chryſ. hom.*
„ 5. *de nat. Dei incompr.* Aptiſſima arma ora-
„ tio eſt, theſaurus certe perpetuus, divitiæ
„ inexhauſtæ, portus quietus, occaſio tranquil-

„ li-

„ litatis, auctor, parens, fons, & radix bono-
„ rum omnium. *S. Aug. in Pſal.* 142. Ipſi didi-
„ cerunt orare quod oramus, ipſis data eſt regu-
„ la poſtulandi à juriſperito cœleſti. *Et in Pſal.*
„ 66. Rogamus Deum, ut perſeveranter oremus.
„ Multi enim langueſcunt in orando, & in no-
„ vitate ſuæ converſionis ferventer orant, poſtea
„ languide, poſtea frigide, poſtea negligenter:
„ quaſi ſecuri fiunt: vigilat hoſtis, tu dormis.
„ Ipſe Dominus præcepit in Euangelio, quia
„ oportet ſemper orare, & non deficere.

*Ordem*: Sacramento que fas miniſtros da Igreja. *Act.* 13. „ Segregate mihi Saulum & Barnabam
„ in opus ad quod aſſumpſi eos: Tunc jejunan-
„ tes, & orantes, imponenteſque eis manus di-
„ miſerunt illos. 1. *Tim.* 6. Admoneo te, ut
„ reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per im-
„ poſitionem manuum mearum. *Jo.* 20. Inſuf-
„ flavit, & dixit eis: Accipite Spiritum Sanctum.
„ *Eccli.* 45. Complevit manus ejus, & unxit il-
„ lum oleo ſancto. *S. Aug. de bon. conjug. c.* 24.
„ In illis manet Sacramentum Ordinationis: &
„ ſi aliqua culpa quiſquam ab officio removea-
„ tur, Sacramento Domini ſemel impoſito non
„ carebit, quamvis ad judicium permanente.
„ *S. Ambroſ. de dignit. Sacerd. c.* 5. Homo im-
„ ponit manus, Deus largitur gratiam: Sacer-
„ dos imponit ſupplicem dexteram, & Deus
„ benedicit potente dextera: Epiſcopus initiat Or-
„ dinem, & Deus tribuit dignitatem.

*Orfaõ*: dezamparado, ſem pay. *Pſalm.* 9.
„ Orphano tu eris adjutor. *Jo.* 14. Non relin-
„ quam vos orphanos. 2. *Mach.* 8. Debilibus,
„ &

„ & orphanis, & viduis diviſerunt ſpolia. *Job.*
„ 29. Auris audiens beatificabat me, & oculus
„ videns teſtimonium reddebat mihi: eo quod
„ liberaſſem pauperem vociferantem, & pupil-
„ lum, cui non eſſet adjutor. *S. Aug. in Pſal.*
„ 145. Iſtis dominus opitulatur, & in omnibus
„ officiis generis humani bonum opus facit, qui
„ pupillo conſulit. Sed ſecundum quemdam mo-
„ dum omnes pupilli ſumus, abſente Patre,
„ non mortuo.

*Ornato*: ſuperfluidade de trages nas mulhe-
„ res. *Iſai.* 3. pro eo quod elevatæ ſunt filiæ
„ Sion, & ambulaverunt extento collo, & nuti-
„ bus oculorum ibant, & plaudebant: auferet
„ Dominus ornamentum calceamentorum, &
„ lunulas, & torques, & monilia, & armillas,
„ & mitras, & murenulas, & olfactoria, & in-
„ aures, & anulos. Et erit pro ſuavi odore fœ-
„ tor, & pro zona funiculus, pro criſpanti crine
„ calvitium. 4. *Reg.* 9. Jeſabel depinxit oculos
„ ſuos ſtibio, & ornavit caput ſuum, & reſpexit
„ per feneſtram::: & præcipitaverunt eam de-
„ orſum. 1. *Petr.* 3. Quarum non ſit extrinſe-
„ cus capillatura, aut circumdatio auri, aut in-
„ dumenti veſtimentorum cultus: ſed qui abſ-
„ conditus eſt cordis homo. *Eccli.* 9. Virginem
„ ne conſpicias: averte faciem tuam à muliere
„ compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam:
„ propter ſpeciem mulieris multi perierunt. *S.*
„ *Cyprian. de habitu Virg.* Pudicitia non in ſola
„ carnis integritate conſiſtit, ſed etiam in cultus
„ ornatus honore pariter ac pudore. Quando
„ ignes, ferrum, cruces, aut beſtias patitur ut
„ coro-

,, coroneter; illa ſunt carnis pretioſa monilia,
,, illa corporis ornamenta meliora. Sed ſunt ali-
,, quæ divites. Quæcumque terrena ſunt in ſæ-
,, culo accepta, & hic cum ſæculo remanſura,
,, tam contemni debent, quam mundus ipſe con-
,, temnitur. Si te ſumptuoſius comas, & per pu-
,, blicum notabiliter incedas, oculos in te juven-
,, tutis illicias, ſuſpiria adoleſcentium poſt te tra-
,, has, concupiſcendi libidinem nutrias, ſuſpi-
,, randi fomenta ſuccendas, ut etſi ipſa non per-
,, eas, alios tamen perdas, & velut gladium te
,, & venenum videntibus præbeas, excuſari non
,, potes, quaſi mente caſta ſis & pudica. Redar-
,, guit te cultus improbus, & impudicus orna-
,, tus. *S. Baſil. Epiſt.* 22. Ornatus in veſtibus,
,, aut calceis quæri non debet, quod quidem
,, vana oſtentatio eſt. Viliora quæqua adhibenda
,, ad uſum corporis. *S. Ambroſ. de Virgin. lib.*
,, 1. *cap.* 6. Quanto pretio opus eſt, ut etiam
,, pulchra diſpliceat? Hinc pretioſa collo depen-
,, dent monilia, inde per humum veſtis trahitur
,, aurata. Emitur igitur hæc ſpecies, an habe-
,, tur? Quid quod etiam ad odorem variæ ad-
,, hibentur illecebræ? Gemmis onerantur aures,
,, oculis color alter infunditur. Quid ibi rema-
,, net ſuum, ubi tam multa mutantur? Senſus
,, ſuos amittit mulier. *Et cap.* 19. Cernis ut
,, pomparum ferculis ſimilis incedat, quæ ſe
,, componit ut placeat; eo ipſo, quo ſtudet pla-
,, cere, deformior. At in vobis rejecta decoris
,, cura plus decet. *S. Aug. Epiſt.* 262. Auri cir-
,, cumpoſitio, & intortio crinium, & cætera hu-
,, juſmodi, quæ vel ad inanem pompam, vel

,, ad

,, ad illecebram formæ adhiberi ſolent, merito
,, reprehenſa ſunt. *Et ſer.* 161. Corporis orna-
,, menta quanto magis appetuntur, tanto ſunt
,, interioris maiora detrimenta; quanto minus
,, appetuntur, tanto magis moribus pulchris ho-
,, mo interior adornatur.

*Paciencia:* ſoffrimento nos trabalhos. *Luc.* 21.
,, In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.
,, *Hebr.* 10. Patientia vobis neceſſaria eſt, ut
,, voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſio-
,, nes. 1. *Petr.* 2. Hæc eſt gratia, ſi propter Dei
,, ſcientiam ſuſtinet quis triſtitias patiens injuſtè.
,, *Job.* 1. Dominus dedit, Dominus abſtulit,
,, ſicut Domino placuit ita factum fuit: ſit no-
,, men Domini benedictum. *Apocal.* 3. Quoniam
,, ſervaſti verbum patientiæ, & ego ſervabo te
,, ab hora tentationis. *Eccli* 1. Uſque in tempus
,, ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio jucunditatis.
,, *Jacob.* 5. Patientes eſtote uſque ad adventum
,, Domini. Ecce agricola expectat pretioſum fru-
,, ctum terræ, patienter ferens. *S. Aug. de Pati-*
,, *ent. cap.* 6. Cum videris quemquam patienter
,, aliquid pati, noli continuo laudare patientiam,
,, quam non oſtendit niſi cauſa patiendi. Quan-
,, do illa bona eſt, tunc iſta vera eſt. Cum
,, illa tenetur in crimine, tunc hujus multum
,, erratur in nomine. Qui paſſione recte utun-
,, tur, hi patientiæ veritate laudantur, hi pati-
,, entiæ munere coronantur. *S. Hieronym. in*
,, *Epiſt. ad Epheſ.* 5. Chriſtianorum propria vir-
,, tus, etiam in his quæ adverſa putantur,
,, gratias agere Creatori. Juxta Apoſtolum hæc
,, virtus eſt maxima, ut in ipſis periculis, at-

,, que

„ que miſeriis gratiæ Deo referantur, & ſem-
„ per dicamus: Benedictus Deus, minora me
„ ſcio ſuſtinere quam merear. *S. Jo. Chryſoſt.*
„ *hom.* 18. *ad pop. Antioch.* Flagella, mortes,
„ mulctæ, accuſationes, mala pati, & omnia
„ talia quando propter Deum inferuntur, mul-
„ tam nobis afferunt voluptatem. Nos miſeros
„ facere poterit nemo, niſi noſmetipſos facia-
„ mus; nec beatos, niſi nos efficiamus cum Dei
„ gratia. *S. Greg. Magn. hom.* 35. *in Euang.* Si-
„ ne ferro, & ſanguine Martyres eſſe poſſumus,
„ ſi patientiam veraciter cuſtodimus. Mori à per-
„ ſequente, martyrium eſt in aperto opere; fer-
„ re vero contumelias, odientes diligere, mar-
„ tyrium eſt in occulta cogitatione.

*Pai*: deve cuidar dos filhos, e familia. *Gen.* 18. „ Scio quod præcepturus ſit filiis ſuis, &
„ domui ſuæ poſt ſe, ut coſtodiant viam Do-
„ mini. *Exod.* 10. Narres in auribus filii tui,
„ & nepotum tuorum ſigna mea quæ fecerim:
„ & ſciatis quia ego Dominus. 1. *Reg.* 3. Propter
„ iniquitatem, eo quod noverat indigne agere fi-
„ lios ſuos, & non corripuerit eos. Idcirco ju-
„ ravi, quod non expietur iniquitas domus ejus.
„ *Job.* 1. Sanctificabat illos, conſurgenſque di-
„ luculo offerebat holocauſta pro ſingulis. Dice-
„ bat enim: Ne forte peccaverint filii mei. *Epheſ.*
„ 6. Vos patres, nolite ad iracundiam provoca-
„ re filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina,
„ & correptione Domini. *S. Aug. in Pſal.* 70.
„ Ubi hoc jubet pater, quod contra Deum non
„ ſit, ſic audiendus eſt quomodo Deus, quia
„ obedire patri juſſit Deus. *Catech. Rom. p.* 3. *c.* 5.

,, 5. Doceat, patres cujuſcumque ſint generis ,, præſertim eos ex quibus nati ſumus, à nobis ,, honorandos. Sunt enim immortalis Dei quaſi ,, quædam ſimulacra, in iiſque ortus noſtri ima- ,, ginem intuemur, ab iis nobis vita data eſt.

*Palavra de Deos*: o que Deos revelou á Igreja. *Prov.* 30. ,, Omnis ſermo Dei ignitus cly- ,, peus eſt ſperanribus in ſe: ne addas quidquam ,, verbis illius, & arguaris, inveniariſque men- ,, dax. 2. *Petr.* 1. Non voluntate humana allata ,, eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu Sancto ,, inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines. *Jo.* 6. ,, Verba quæ ego locutus ſum vobis ſpiritus & ,, vita ſunt. *Et c.* 8. Qui ex Deo eſt, verba Dei ,, audit. *Hebr.* 4. Vivus eſt ſermo Dei, & efficax, ,, & penetrabilior omni gladio ancipiti. *Deut.* 11. ,, Ponite verba mea in cordibus & in animis ve- ,, ſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus, & ,, inter oculos veſtros collocate. *Jacob.* 1. Eſtote ,, factores verbi, & non auditores tantum, fallen- ,, tes vosmetipſos. *S. Aug. lib.* 22. *contra Fauſt.* ,, *c.* 65. Scriptura ut fidelis ſpeculi nitor, nullius ,, accipit adulandam perſonam, ſed ad laudan- ,, da, & vituperanda hominum facta, illis ipſa ,, indicat, vel legentibus judicanda proponit. *Et* ,, *in Pſal.* 118. Cuſtoditio verborum Dei intelli- ,, genda eſt operatione præceptorum; fruſtra ,, enim cuſtodiuntur memoria, ſi non cuſtodi- ,, untur & vita; nam verba Dei tenendo agunt ,, quidam ne obliviſcantur, nec agunt vivendo, ,, ne corrigantur. *S. Ambroſ. in Pſal.* 118. Quo- ,, modo poſſunt verba Dei dulcia eſſe in faucibus ,, tuis, in quibus eſt amaritudo nequitiæ? *S.*

,, *Bernard. ſer.* 25. *ſuper Cantic.* Quærit anima ,, verbum, cui conſentiat ad correctionem, quo ,, illuminetur ad cognitionem, cui innitatur ad ,, virtutem, quo reformetur ad ſapientiam, cui ,, conformetur ad decorem, cui maritetur ad ,, fœcunditatem, quo fruatur ad jucunditatem.,, Ouvia a palavra de Deos com proveito a Virgem Mãy, *Luc.* 2. Eſdras, e o povo vindo do cativeiro de Babylonia: as turbas, e Maria aos pés de Chriſto: os fieis de Jeruſalem, Samaria, e outros.

*Paroco:* Paſtor de almas. 1. *Reg.* 12. ,, Ab- ,, ſit à me hoc peccatum in Dominum, ut ceſſem ,, orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & ,, rectam. Igitur timete Dominum, & ſervite ,, ei in veritate, & ex toto corde veſtro. *Jo.* 10. ,, Bonus paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis. ,, Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oves meas, ,, & cognoſcunt me meæ. 1. *Petr.* 5. Paſcite qui ,, in vobis eſt gregem Dei, providentes non coa- ,, ctè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum; neque ,, turpis lucri gratia, ſed voluntariè: forma facti ,, gregis ex animo. *Prov.* 27. Diligenter agnoſce ,, vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera. ,, *Gen.* 31. Die noctuque æſtu urebar & gelu, ,, fugiebatque ſomnus ab oculis meis: ſic in do- ,, mo tua ſervivi tibi pro gregibus tuis. *S. Aug.* ,, *contra Creſcent. lib.* 1. *c.* 5. Nullo modo infru- ,, ctuoſam, & inanem arbitreris inſtantiam. Si ,, cui diligentia medicinæ hujus impenſa non ,, prodeſt, ſufficit ad rationem reddendam Deo ,, quod non ceſſavit impendi. *Et ſer.* 137. Pau- ,, ci paſtores, multi mercenarii ::: Ad omne opus

,, bo-

„ bonum paratum: hæc de paſtoribus. Et quis
„ eſt de mercenariis, qui non fugit de Eccleſia,
„ quando videt lupum, & latronem?

*Paz*: concordia dos animos: pacifico o que tem paz comſigo, e com Deos. *Matth.* 5. „ Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. *Jer.* „ 26. Quærite pacem civitatis, & orate pro ea „ ad Dominum, quia in pace illius erit pax vobis. *Iſai.* 32. Sedebit populus meus in multitudine pacis. *Jo.* 14. Pacem meam do vobis; „ non quomodo mundus dat, ego do vobis. „ *Iſai.* 48. Non eſt pax impiis, dicit Dominus: „ *Luc.* 10. Pax huic domui: ſi fuerit ibi filius „ pacis, requieſcet ſuper eum pax veſtra. *Phil.* 4. „ Pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra. 2. *Cor.* 13. Pacem habete; & „ Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum. *S.* „ *Aug. de ſer. Domini in monte*, *lib.* 1. *c.* 2. Filii „ Dei pacifici in ſemetipſis ſunt; qui omnes animi ſui motus componentes, & ſubjicientes rationi, carnaleſque concupiſcentias habentes „ edomitas, fiunt regnum Dei. *Et de Civit.* „ *lib.* 3. *c.* 9. Magnum beneficium eſt pax; ſed „ Dei, ſicut pluvia, vitæque alia ſubſidia, ſuper „ ingratos & nequam. *Et contra Epiſt. Parmen.* „ *lib.* 3. *c.* 1. (In vinculo) pacis ſalus tota conſiſtit. *Et in Jo. tr.* 77. Pax non poteſt eſſe „ vera, ubi non eſt vera concordia. *S. Jo. Chyſ.* „ *hom.* 34. *in Gen.* Quamvis plurima pace, & „ cura externa fruamur, ſi intra nos cogitationum naſcitur tempeſtas, tumultus, & ſeditio, „ nihil externa pax nobis proderit: ſicut neque „ miſerabilius eſt aliquid civitate, quæ licet

„ præ-

„ præſidiis, & muris bene munita ſit, intus tamen cives foveat proditores.

*Peccado:* livre tranſgreſſaõ, ou omiſſaõ da ley de Deos: peccador o que pecca. *Eccli.* 21. „ Quaſi à facie colubri fuge peccata. Dentes „ leonis dentes ejus, interficientes animas hominum Quaſi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non eſt ſanitas. 1. *Jo.* 3. „ Qui facit peccatum ex diabolo eſt, quoniam „ ab initio deabolus peccat. *Tob.* 11. Qui faciunt peccatum, & iniquitatem, hoſtes ſunt „ animæ ſuæ. *Prov.* 14. Miſeros facit populos „ peccatum. *Sap.* 11. Per quæ peccat quis, per „ hæc & torquetur. *Ezech.* 18. Anima quæ peccaverit, ipſa morietur. *S. Cyprian. de lapſis*, „ *n.* 104. Si quem de tuis charis mortalitatis „ exitu perdidiſſes, ingemiſceres dolenter, & „ fleres, facie inculta, vultu nubilo, ore dejecto, indicia meroris oſtendens. Animam tuam „ miſeram perdidiſti ſpiritualiter mortuam; ſupervivere hic tibi videris, & ipſe ambulans, „ funus tuum portare cœpiſti, & non acriter „ plangis, non jugiter ingemiſcis. *S. Aug. in Jo.* „ *tr.* 49. Intueatur quisque animam ſuam: ſi „ peccat, moritur; peccatum mors eſt animæ. „ *Et de ſer. Dñi in monte*, *lib.* 1. *cap.* 12. Tria „ ſunt quibus impletur peccatum, ſuggeſtione, „ delectatione, & conſentione. Suggeſtio ſive per „ memoriam ſit, ſive per corporis ſenſus. Delectatio illicita refrænanda eſt. Si conſentio facta fuerit plenum peccatum eſt, notum Deo „ in corde noſtro, etiamſi facto non innoteſcat „ hominibus. *Et in Jo. tr.* 12. Minuta plura

„ pec-

„ peccata, ſi negligantur, occídunt. Minutæ „ ſunt guttæ quæ flumina implent: minuta ſunt „ grana arenæ: ſed ſi multa imponatur arena, „ premit atque opprimit. „ Origem do peccado, *Gen.* 2. *Rom.* 5. Peccado original, *Job.* 14. *Pſal.* 50. Seos effeitos, *Gen.* 8. *Eccli.* 17. *Galat.* 5. *Epheſ.* 2. Peccado de malicia, *Num.* 15. *Matth.* 28. *Jo.* 11. *Act.* 4. *Hebr.* 6. De ignorancia, *Lev.* 2. *Num.* 15. Contra a natureza, *Gen.* 19. *Judic.* 19. *Lev.* 20. *Rom.* 1. Peccado que clama ao ceo por vingança, *Gen.* 4. *Exod.* 22. *Eccli.* 35. *Jacob.* 5. Perdôaſe por Chriſto, *Iſai.* 53. *Dan.* 9. *Matth.* 1. *Ja.* 1. *Act.* 2. Os Sacerdotes o perdôaõ, *Matth.* 18. *Jo.* 20. Peccado contra o Eſpirito Santo, *Marc.* 3. *Luc.* 11. *&c.*

*Penitencia*: em quanto virtude chora os peccados, em quanto ſacramento os perdôa. *Matth.* 3. „ Pœnitentiam agite; appropinquavit enim „ regnum cœlorum. *Deut.* 4. Cum quæſieris ibi „ Dominum Deum tuum, invenies eum: ſi tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatio„ne animæ tuæ. 2. *Reg.* 24. Peccavi valde in „ hoc facto: ſed precor Domine, ut tranferas „ iniquitatem ſervi tui, qui ſtulte egi nimis. *Job.* „ 13. Vias meas in conſpectu ejus arguam, & „ ipſe erit Salvator meus. *Eccli.* 2. Si pœni„tentiam non egerimus, incidemus in manus „ Domini. *Et cap.* 5. Ne tardes converti ad Do„minum, & ne differas de die in diem: ſubitò „ enim veniet ira illius. *Iſai.* 1. Lavamini, mun„di eſtote, auferte malum cognationum ve„ſtrarum ab oculis meis; quieſcite agere per„verſe, diſcite bene facere. *Jer.* 31. Poſtquam

„ con-

„ convertiſti me, egi pœnitentiam; confuſus „ ſum, & erubui. Statue tibi ſpeculam, pone „ tibi amaritudinem, dirige cor tuum in viam „ rectam. *Mich.* 1. Super hoc plangam, ulula- „ bo; vadam ſpoliatus, & nudus, faciam plan- „ ctum velut draconum, & luctum quaſi ſtru- „ thionum. *Zach.* 1. Convertimini ad me, ait „ Dominus exercituum, & convertar ad vos. „ *Ezech.* 18. Si impius egerit pœnitentiam ab „ omnibus peccatis ſuis, & cuſtodierit omnia „ præcepta mea, vita vivet, & non morietur. „ Omnium iniquitatum ejus non recordabor. „ *Pſal.* 6. Lavabo per ſingulas noctes lectum „ meum. *Pſal.* 50. Cor contritum, & humili- „ atum Deus non deſpicies. *Luc.* 13. Niſi pœ- „ nitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis. „ *Apoc.* 2. Age pœnitentiam, & prima opera „ fac. *S. Cyprian. ſer. de lapſis.* Quam magna „ deliquimus, tam grandia defleamus. Alto vul- „ neri diligens & longa medicina non deſit. Pœ- „ nitentia crimine minor non ſit. *S. Ambroſ. de* „ *virg. lapſ.* Pœnitudo neceſſaria eſt, ſicut „ vulneratis ſunt neceſſaria medicamenta. Cùm „ animo conceperis non aliud remedium conſti- „ tutum eſſe poſt Baptiſmum, quam Pœniten- „ tiæ ſolatium, quantamvis afflictionem, quan- „ tumvis laborem, & indecorem ſubire eſſe con- „ tenta. *S. Aug. Enchir. cap.* 65. Neque de „ criminibus quamlibet magnis remittendis in „ Eccleſia ſancta, Dei miſericordia deſperanda „ eſt agentibus pœnitentiam ſecundùm modum „ ſui cujuſque peccati. In actione autem pœni- „ tentiæ non tam conſideranda eſt menſura tem-

„ po-

,, poris, quam doloris. Verum quia plerumque
,, dolor alterius cordis occultus eſt alteri, ne-
,, que in aliorum notitia per verba, vel quæcum-
,, que alia ſigna procedit; cum ſit coram illo,
,, cui dicitur; Gemitus meus à te non eſt abſ-
,, conditus: recte conſtituuntur ab iis qui Ec-
,, cleſiis præſunt tempora pœnitentiæ, ut fiat
,, ſatis etiam Eccleſiæ, in qua remittuntur ipſa
,, peccata; extra eam quippe non remittuntur.
,, *Et in Pſal.* 4. Ad pœnitentiæ dolorem refertur,
,, ut ſe ipſam anima puniens compungat, ne in
,, Dei judicio damnata torqueatur.

*Penſamentos*: delles naſcem as obras. *Prov.* 6. ,, Pravo corde machinatur malum, &
,, omni tempore jurgia ſeminat. *Zach.* 8. Unuſ-
,, quiſque malum contra amicum ſuum ne cogi-
,, tetis in cordibus veſtris. *Matth.* 15. De corde
,, exeunt cogitationes malæ; hæc ſunt quæ co-
,, inquinant hominem. *Marc.* 7. Ab intus de
,, corde hominum malæ cogitationes procedunt.
,, *Iſai.* 26. Væ qui profundi eſtis corde, ut à
,, Domino abſcondatis conſilium. *S. Aug. in Pſal.*
,, 118. *ſer.* 24. Omnia vel mala, vel bona à co-
,, gitatione procedunt. In cogitatione quiſque in-
,, nocens, in cogitatione reus eſt: propter quod
,, ſcriptum eſt, Cogitatio ſancta ſervabit te.
,, Et alibi legitur: In cogitationibus impii inter-
,, rogatio erit.

*Perdaõ das offenſas*: Deos naõ perdôa, ſem nós perdoarmos. *Matth.* 18. ,, Iratus Dominus
,, tradidit eum tortoribus, quoaduſque redderet
,, univerſum debitum. Sic & Pater meus cœle-
,, ſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis unuſquiſque

,, fra-

„ fratri ſuo de cordibus veſtris. *Eccli.* 28. Memorare timorem Dei, & non iraſcaris proximo: & deſpice ignorantiam proximi. Abſtine à lite, & minues peccata. *Luc.* 17. Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum: & ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi. *Epheſ.* 4. Eſtote invicem benigni, miſericordes, donantes invicem, ſicut & Deus in Chriſto donavit vobis. *Coloſ.* 3. Supportantes invicem, & donantes vobismetipſis, ſiquis adverſus aliquem habet querelam. *S. Aug. ſer.* 114. Tu homo da homini veniam, ut ego Deus ad te veniam. Conditio poſita eſt, fixa eſt lex: dimitte, ſicut dimitto. Ergo non dimittit, niſi dimittas.

*Perfeiçaõ Chriſtam*: cumprir bem a ley, e obrigaçoẽs todas. Gen. 17. *Ambula coram me, & eſto perfectus.* Joſ. 24. *Timete Dominum, & ſervite ei corde perfecto.* Matth. 5. *Eſtote vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* 1. Jo. 2. *Qui ſervat verbum ejus, vere in hoc charitas Dei perfecta eſt.* Jacob. 3. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.* Deut. 18. *Perfectus eris, & abſque macula cum Domino.* Matth. 18. *Si vis perfectus eſſe, vende omnia, & da pauperibus, & veni, ſequere me.* S. Aug. de diverſ. quæſt. 83. qu. 31. *Perſeverantia eſt in ratione bene conſiderata ſtabilis, & perpetua permanſio.* Et de natura & grat. cap. 65. *Hoc agitur in nobis conando, laborando, orando, impetrando, ut ad illam perfectionem, in qua poſſumus Deum mundo corde conſpicere, ejus gratia perducamur per Jeſum Chriſtum.*

*Perjuro*: juramento falſo. Exod. 20. *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Lev. 19. *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui.* Deut. 5. *Non uſurpabis nomen Dei tui fruſtra; quia non erit impunitus qui ſuper re vana nomen ejus aſſumpſerit.* Matth. 5. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non perjurabis; reddes autem Domino juramenta tua. Ego dico vobis, non jurare omnino.* Eccli. 23. *Vir multum jurans implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo ipſius plaga.* S. Aug. in Pſal. 88. *Benè prohibetur homo jurare, ne conſuetudine jurandi, quia homo poteſt falli, etiam in perjurium prolabatur.*

*Perſeverança* no bem até o fim. Tob. 2. *Vitam illam expectamus, quam Dominus daturus eſt his qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.* Pſal. 4. *Quærite Dominum & confirmamini, quærite faciem ejus ſemper.* Eccli. 27. *Homo ſanctus in ſapientia manet ſicut ſol: nam ſtultus ſicut luna mutatur.* 1. Cor. 7. *Unuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat.* Matth. 10. *Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Apoc. 2. *Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* 1. Cor. 15. *Stabiles eſtote, & immobiles, abundantes in opere Domini ſemper.* Jo. 15. *Manete in dilectione mea.* S. Hieronym. Epiſt. 34. *Felix, & omni dignus beatitudine, quem extrema dies Chriſto occupat ſervientem, quem Salvatori militantem invenit.* S. Aug. ſer. 6. *Teneamus fideles quod accepimus, ut benedici mereamur.* Et in Pſal. 56. *Quis perſeverabit uſque in finem quoaduſque tranſeat iniquitas? Qui fuerit in Chriſti corpore, qui in membris Chriſti, & à capite didicerit pati-*

*entiam perſeverandi. Tranſis tu, & ecce tranſierunt tentationes tuæ; & is in aliam vitam in quam ierunt ſancti, ſi ſanctus fueris.*

*Piedade:* reſpeita a Deos como Pai; e aos pais, Prelados, e meſtres. Eccli. 3. *Judicium patris audite filii, & ſic facite ut ſalvi ſitis. Deus honoravit Patrem in filiis. Qui honorat patrem jucundabitur in filiis. In opere, & ſermone, & in omni patientia honora patrem tuum, ut ſuperveniat tibi benedictio ab eo.* Coloſ. 3. *Obedite parentibus per omnia; hoc enim placitum eſt in Domino.* Prov. 23. *Audi patrem tuum qui genuit te: & ne contemnas cum ſenuerit mater tua.* Matth. 5. *Orate pro perſequentibus, ut ſitis filii Patris veſtri qui in cœlis eſt.* Luc. 2. *Neſciebatis quia in eis quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe?* S. Aug. de Civit. lib. 10. c. 1. *Pietas Dei cultus intelligi ſolet; hæc tamen & erga parentis officioſe haberi dicitur. More autem vulgi hoc nomen etiam in operibus miſericordiæ frequentatur: quia hæc præcipue Deus mandat.*

*Pobres:* devem ſer humildes: o bem que ſe lhes faz Deos o recompenſa. *Lev.* 23. ,, Nec ,, remanentes ſpicas colligetis; ſed pauperibus ,, & peregrinis dimittetis eas. *Deut.* 15. Ma- ,, num aperies pauperi, & dabis mutuum quo ,, eum indigere perſpexeris. Dabis ei: nec ages ,, quippiam callide in ejus neceſſitatibus ſuble- ,, vandis; ut benedicat tibi Dominus in omni ,, tempore. 1. *Reg.* 2. Dominus pauperem fa- ,, cit & ditat: & de ſtercore elevat pauperem. ,, *Tob.* 4. Noli avertere faciem tuam ab ullo ,, paupere: ita fiet ut nec à te avertatur facies

,, Domini. *Luc.* 6. Beati pauperes, quia veſtrum
,, eſt regnum Dei. *S. Aug. ſer.* 66. In mente
,, habeto pauperes: facite qui nondum feciſtis.
,, Credite, non perditis: imo hoc ſolum perdi-
,, tis, quod non fertis. Excutite pigritiam:
,, ego factus mendicus mendicorum. *Et in Pſal.*
,, 36. *ſer.* 2. Bona voluntas, theſaurus eſt pau-
,, perum, in quo dulciſſima requies, & vera
,, ſecuritas. (Pauper) Chriſtus hic fuit, & di-
,, vitias magnas adtulit, quibus faceret divites
,, eos, quos invenit pauperes. Ipſe Spiritu San-
,, cto ditavit corda pauperum.

*Pobreza voluntaria*: renunciaçaõ dos bens da terra. Luc. 14. *Qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Tob. 4. *Pauperem vitam gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene.* Eccli. 11. *Eſt homo marcidus, egens recuperatione, abundans paupertate: & oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltavit caput ejus: & mirati ſunt in illo multi, & honoraverunt Deum.* 2. Cor. 6. *Sicut egentes, multos autem locupletantes.* Pſal. 9. *Patientia pauperum non peribit in finem.* S. Aug. Epiſt. 140. c. 27. *Saturatus dicitur paupertate Chriſti, qui pro juſtitia ejus, hoc eſt, pro participatione Verbi æterni, quam inchoavit interim fide, omnia temporalia non ſolum temperanter contemnit bona, verum etiam patienter ſuſtinet mala.* S. Baſil. in Reg. brevior. interrog. 205. *Hi ſunt mendici ſpiritu, qui non aliam ob cauſam ad mendicitatem devenerunt, quam ob doctrinam Domini.* S. Gregor.

Ma-

Magn. hom. 40. in Euang. *Mala Lazari purgavit ignis inopiæ, & bona divitis remuneravit felicitas vitæ præſentis. Illum paupertas afflixit & terſit; iſtum abundantia remuneravit, & repulit.* S. Bern. ſer. 1. in feſt. Omn. Ss. *Paupertatem ſcitote fratres ſpecialem viam eſſe ſalutis, tamquam humilitatis fomentum, perfectioniſque radicem. Hæc eſt Euangelici agri theſaurus abſconditus.*

*Praga*: juramento execratorio: ou maldiçaõ contra o proximo, ou caſtigo. *Deut.* 28. ,, Percutiat te Dominus egeſtate, febri, & frigore. ,, Percutiat te Dominus amentia, & cæcitate, ,, ac furore mentis. *Act.* 23. Percutiet te Deus, ,, paries dealbate. *Exod.* 9. In hac vice mittam ,, omnes plagas meas ſuper cor tuum. 3. *Reg.* ,, 2. Qui maledixit mihi maledictione peſ- ,, ſima. *Matth.* 5. Beati eritis cum male- ,, dixerint vobis. *Et c.* 25. Diſcedite à me male- ,, dicti. *Marc.* 7. Qui maledixerit patri, vel ,, matri, morte moriatur. *S. Aug. ſer.* 56. Si oras ,, mala inimicis, oratio tua fiet in peccatum.

*Predeſtinaçaõ* dos Santos: Deos eſcolheo para ſua gloria os que quiz, e lhes deo graça para a merecer com boas obras. Jo. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo.* Sap. 8. *Scivi quoniam aliter, non poſſem eſſe continens, niſi Deus det; & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum.* Baruch. 2. *Dabo eis cor, & intelligent; aures, & audient.* Rom. 11. *Reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt. Electio conſecuta eſt, cæteri excæcati.* Jacob. 1. *Si quis indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter.* :: *Omne donum perfectum deſur-*

*ſurſum eſt.* S. Aug. de Dono Perſev. c.18. & 19. *Sine dubio præſcivit, ſi prædeſtinavit: ſed prædeſtinaſſe, eſt hoc præſciſſe quod fuerat ipſe facturus. Scio neminem contra iſtam prædeſtinationem, quam ſecundum ſcripturas ſanctas defendimus, niſi errando diſputare potuiſſe.*

*Pregador* da palavra de Deos. *Iſai.* 58. „ Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem „ tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum. „ *Jer.* 1. Ad omnia quæ mittam te, ibis; & „ univerſa quæ mandavero tibi loquéris. Ne ti- „ meas à facie eorum, quia tecum ego ſum, ut „ eruam te, dixit Dominus. *Ezech.* 3. Specula- „ torem dedi te domui Iſrael; & audies de ore „ meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si di- „ cente me ad impium, morte morieris, non „ annuntiaveris ei, ut avertatur à via ſua impia, „ & vivat; ipſe impius in iniquitate ſua morie- „ tur: ſanguinem autem ipſius de manu tua re- „ quiram. Si autem tu annuntiaveris impio, & „ ille non fuerit converſus; ipſe in impietate ſua „ morietur, tu autem animam tuam liberaſti. „ *Marc.* 6. Exeuntes prædicabant, ut pœniten- „ tiam agerent, & ungebant oleo multos ægro- „ tos. 2. *Tim.* 4. Prædica verbum, inſta op- „ portunè, importunè &c. *Matth.* 7. Erat „ docens eos, ſicut poteſtatem habens. *S.* „ *Aug. in Jo. tr.* 7. Angeli Dei, boni prædica- „ tores, prædicantes Chriſtum. Manifeſtum „ eſt, quia prædicatores ipſius adſcendunt imi- „ tatione, deſcendunt prædicatione. *S. Gregor.* „ *Magn. in Paſtor.* Prædicator plus actibus „ quam vocibus inſonet, & bene vivendi veſti-

„ gia

„ gia ſequacibus imprimat , ut potius agendo „ quam loquendo , quò gradiatur oſtendat.

*Preguiça* : faſtio das couzas eſpirituaes. Prov. 6. *Vade ad formicam , ò piger , & conſidera vias ejus , & diſce ſapientiam : quæ parat in æſtate cibum ſibi.* Et c. 13. *Vult , & non vult piger.* Et c. 26. *Dicit piger, eſt leo in via : ſicut oſtium vertitur in cardine ſuo , ita piger in lectulo.* Eccleſ. 9. *Quodcumque facere poteſt manus tua , conſtanter operare : quia nec opus , nec ratio erunt apud inferos.* Jer. 48. *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter.* Matth. 21. *Videns fici arborem , nihil invenit in ea niſi folia , & ait illi : Nunquam ex te fructus naſcatur.* Luc. 13. *Venit quærens fructum in ea , & non invenit. Succide ergo illam , ut quid etiam terram occupat?* Epheſ. 5. *Surge qui dormis , & illuminabit te Chriſtus.* Apoc. 3. *Eſto vigilans , & confirma cetera quæ moritura erant. Non enim invenio opera tua plena.* Matth. 22. *Inutilem ſervum ejicite in tenebras exteriores.* S. Jo. Chryſ. ſer. 1. de lapſ. *Radix deſperationis eſt ignavia ; ſicut veſtimentum & tineam generat & nutrit.* S. Aug. in Pſal. 59. *Nemo dicat : ſufficit mihi. Ubi dixit , ſufficit , ibi hæſit.* Et in Pſal. 106. *Agnoſce te in illa tentatione tædii , cum adeſt , & clama ad Dominum , ut de neceſſitatibus tuis etiam hic liberet te.*

*Prelado* : ſuperior Eccleſiaſtico. *Iſai.* 61. „ Spiritus Domini ſuper me : eo quod unxerit „ Dominus me : ad annuntiandum manſuetis „ miſit me , ut mederer contritis corde , & præ„ dicarem captivis indulgentiam. *Jo.* 18. Quos „ dediſti mihi cuſtodivi. Ego dedi eis ſermonem

„ tu-

„ tuum. *Act.* 3. Prophetam ſuſcitabit vobis Do-
„ minus veſter de fratribus veſtris tamquam
„ me; ipſum audietis juxta omnia quæcumque
„ locutus fuerit vobis. 1. *Cor.* 4. Ut filios meos
„ cariſſimos moneo. Nam in Chriſto Jeſu per
„ Euangelium ego vos genui. Rogo vos, imi-
„ tatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. *Eccli.*
„ 10. Utilem Rectorem ſuſcitabit in tempus.
„ In medio fratrum Rector illorum in honore.
„ *Et c.* 5. In accipiendo ipſum ſtolam gloriæ,
„ & veſtiri eum in conſummationem virtutis. In
„ accipiendo autem partes de manu Sacerdotum,
„ & ipſe ſtans juxta aram. *S. Aug. ſer.* 46. Nos
„ excepto quod Chriſtiani ſumus, unde ratio-
„ nem reddemus Deo de vita noſtra, ſumus et-
„ iam Præpoſiti, unde rationem reddemus Deo
„ de diſpenſatione noſtra. Cum ergo Præpoſiti
„ ad hoc ſint, ut his qui ſubjecti ſunt conſu-
„ lant; non in eo quod præſunt utilitatem ſuam
„ adtendant, ſed eorum quibus miniſtrant. *S.*
„ *Jo. Chryſ. hom.* 3. *in* 1. *ad Cor.* Magnum bo-
„ num eſt, egenorum miſereri; ſed nihil tan-
„ tum quantum ab errore liberare. Qui hoc fa-
„ cit, Petro & Paulo ſimilis eſt. *S. Chrodegang.*
„ *Epiſc. Reg. Canon. c.* 55. Solerter Prælatis ſat-
„ agendum eſt, ut eos quibus præſunt, verbis
„ & exemplis ad bene vivendum informent: fi-
„ xoque corde tenendum, ne eos quaſi propri-
„ os, ſed ut Domini ſui gregem tractare memi-
„ nerint.

*Premio:* deveſe a quem trabalha, e faz boas obras. Eccli. 16. *Omnis miſericordia faciet locum unicuique ſecundùm meritum operum ſuorum, &*

*ſe-*

*ſecundùm intellectum peregrinationis ipſius.* Prov. 11. *Seminanti juſtitiam merces fidelis. Clementia præparat vitam.* Sap. 5. *Apud Dominum eſt merces eorum.* Matth. 20. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Jo. 4. *Qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam.* S. Aug. in Pſal. 36. ſer. 2. *Si vis ſuſtinere laborem, adtende mercedem. Nam & operarius in vinea deficeret, niſi adtenderet quid accepturus eſſet. Miraberis tantum dari pro tantillo labore. Nam pro æterna requie labor æternus ſubeundus erat.*

*Principe:* cabeça do povo: a quem os mais reconhecem ſobre ſi. Deut. 1. *Date ex vobis viros ſapientes, quorum converſatio ſit probata, ut ponam eos vobis principes.* Eccli. 9. *In manu artificum opera laudabuntur, & princeps populi in ſapientia ſermonis.* Iſai. 32. *Princeps vero ea, quæ digna ſunt principe, cogitabit.* Matth. 9. *Ecce princeps unus acceſſit, & adorabat eum.* S. Aug. de Civit. lib. 5. c. 19. *Qui vera pietate præditi bene vivunt, ſi habent ſcientiam regendi populos, nihil eſt felicius rebus humanis, quam ſi Deo miſerante habeant poteſtatem.*

*Prodigo:* perdulario, que deſtróe os bens. Luc. 15. *Diſſipavit ſubſtantiam ſuam vivendo luxurioſe.* Prov. 11. *Alii dividunt propria, & ditiores fiunt; alii rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt.* Eccli. 6. *Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per ſtultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo.* Jer. 17. *Perdix fovit quæ non peperit: fecit divitias, & non in ju-*

di-

*dicio: in dimidio dierum ſuorum derelinquet eas; & in noviſſimo ſuo erit inſipiens.* S. Aug. de liber. arb. lib. 1. c. 16. *Quid quiſque ſectandum, & amplectendum eligat, in voluntate eſſe poſitum conſtitit: & eſt manifeſtum non rem ullam cùm ea quiſque male utitur, ſed ipſum malè utentem eſſe arguendum.*

*Promeſſa*: deveſe guardar: o que o mundo promete falta; o que Deos promete he infalivel. Deut. 28. *Venient ſuper te univerſæ benedictiones iſtæ, & apprehendent te; ſi tamen præcepta ejus audieris.* Act. 13. *Vobis annuntiamus eam, quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt: hanc Deus adimplevit filiis noſtris.* Jo. 13. *Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea.* Hebr. 4. *Timeamus ne forte relicta pollicicatione introeundi in requiem ejus, exiſtimetur aliquis ex vobis deeſſe.* Joſ. 23. *Implevit opere quod promiſerat, & proſpera cuncta venerunt.* 2. Par. 6. *Quæ ore promiſeras, opere compleſti.* S. Aug. ſer. 157. *Mundi promiſſa ſemper fallunt, Dei autem promiſſa nunquam fallunt: ſed quia mundus quod pollicetur, hic videtur daturus in hac terra morientium in qua nunc ſumus; Deus autem quod pollicetur, in terra viventium daturus eſt; multi fatigantur expectare veracem, & non erubeſcunt amare fallacem.*

*Proſperidades* do mundo, ás vezes fazem eſquecer de Deos. *Deut.* 32. ,, Incraſſatus eſt di- ,, lectus, & recalcitravit: incraſſatus, impingua- ,, tus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſu- ,, um. *Gen.* 40. Succedentibus proſperis oblitus ,, eſt interpretis ſui. *Jer.* 12. Quare via impi- ,, orum proſperatur: bene eſt omnibus, qui

præ-

„ prævaricantur, & inique agunt? Plantaſti eos, „ & radicem miſerunt: proficiunt, & faciunt „ fructum. *Prov.* 1. Proſperitas ſtultorum per„ det illos. *Matth.* 19. Dives difficile intrabit in „ regnum cœlorum. *S. Aug. de Civit. lib.* 1. *c.* 8. „ Placuit divinæ providentiæ præparare in po„ ſterum bona juſtis, quibus non fruuntur inju„ ſti; & mala impiis, quibus non excruciabun„ tur boni. Ita verò temporalia bona & mala „ utriſque voluit eſſe communia: ut nec bona „ cupidius appetantur, quæ mali quoque habere „ cernuntur; nec mala turpiter evitentur, qui„ bus & boni plerumque afficiuntur.

*Providencia* de Deos: tudo ſuavemente diſpôem. *Sap.* 8. „ Attingit à fine uſque ad finem „ fortiter, & diſponit omnia ſuaviter. *Pſal.* 54. „ Jacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te „ enutriet. *Job.* 12. Interroga jumenta, & do„ cebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt ti„ bi, & narrabunt piſces maris. Quis ignorat „ quod omnia hæc manus Domini fecerit? „ *Matth.* 6. Conſiderate lilia agri quomodo creſ„ cunt, neque nent, neque laborant. *Luc.* 12. „ Conſiderate corvos, quia non ſeminant, neque „ metunt, quibus non eſt cellarium, neque hor„ reum, & Deus paſcit illos. *S. Aug. in Epiſt.* „ *ad Galat.* 4. Nulla creatura eſt, quæ non, „ velit nolit, divinæ providentiæ ſerviat: ſed „ volens facit cum ea quod bonum; de illa „ verò, quæ hoc non vult, fit quod juſtum eſt. „ *S. Gregor. Moral. lib.* 2. *c.* 19. Sic Deus in„ tendit ſingulis, ac ſi vacet à cunctis; & ſic „ omnibus ſimul intendit, ac ſi vacet à ſingulis.

*Prudencia* : propoẽ fim honeſto, & meios congruentes. Matth. 10. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Deut. 4. *Hæc eſt veſtra ſapientia & intellectus coram populis, ut audientes univerſa præcepta hæc dicant: En populus ſapiens, & intelligens, gens magna.* Prov. 14. *Sapientiâ ædificabitur domus, & prudentiâ roborabitur; in doctrina replebuntur cellaria.* 1. Petr. 4. *Eſtote prudentes, & vigilate in orationibus.* Gal. 3. *Relinquite infantiam, & ambulate per vias prudentiæ.* Luc. 16. *Filii hujus ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.* Baruch. 3. *Diſce ubi ſit prudentia, ubi ſit virtus ::: nominati qui ab initio fuerunt, interierunt propter ſuam inſipientiam.* S. Baſil. de Inſtit. monaſt. c. 15. *Ubi ratio & prudentia rebus bonis idoneum tempus, & modum definiunt, mirabile eſt, quantus ex earum uſu, cum in dantes, tum in accipientes fructus redundet.* S. Ambroſ. in c. 6. Luc. *Habes prudentiam, cujus eſt fiere occidua, & quæ æterna ſunt quærere.* S. Jo. Chryſ. hom. 5. in Matth. *Prudentem dico, non ſcientem, & doctum, ſed ſenſatum, & mente acutum, qui poteſt rerum ponderare naturas, & ſecundum quod poteſt rationabiliter omnia agere.* S. Aug. in Epiſt. ad Rom. c. 49. *Inimicus Dei, legi ipſius non obtemperat, & hoc per carnis prudentiam, cum appetit temporalia bona, & timet temporalia mala: deſinitio enim prudentiæ in appetendis bonis, & vitandis malis explicari ſolet.*

*Purgatorio* : lugar deſtinado a purificar as almas juſtas depois da morte. Iſai. 24. *Congregabuntur in congregatione unius facis in lacum,*

*&*

*& claudentur ibi in carcere, & poſt multos dies viſitabuntur.* Malach. 3. *Sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Levi.* 2. Mach. 12. *Miſit offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, bene & religioſe de reſurrectione cogitans.* Matth. 5. *Non exies inde donec reddas noviſſimum quadrantem.* 1. Cor. 3. *Si cujus opus arſerit, detrimentum patietur; ipſe autem ſalvus erit; ſic tamen quaſi per ignem.* 1. Jo. 5. *Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem.* S. Aug. de Civit. lib. 21. cap. 13. *Temporarias pœnas alii in hac vita tantum, alii poſt mortem, alii & nunc & tunc, verumtamen ante judicium illud ſeveriſſimum noviſſimumque patiuntur.* Et in Pſal. 37. *In hac vita purges me, & talem me reddas, cui jam emendatorio igne non opus ſit.* S. Baſil. in c. 9. Iſai. *Declarat in gratiam, & beneficium animæ, terrena ipſa tradi depaſcenda igni punitivo.* S. Ambroſ. ſer. 20. in Pſal. 118. *Cave ligna, cave ſtipulam; ne ad judicium Dei tecum deferas, quæ ignis exurat.* S. Cyprian. Epiſt. 55. *Aliud eſt ad veniam ſtare, aliud ad gloriam pervenire: aliud ſtatim fidei & virtutis accipere mercedem, aliud pro peccatis longo dolore cruciatuum emundari, & purgari diu igne.*

*Pureza de coſtumes:* rectidaõ, e verdade. *Job.* 1. „ Vir ſimplex, & rectus, ac timens „ Deum, & recedens à malo. *Prov.* 4. Omni „ cuſtodia ſerva cor tuum, quia ex ipſo vita pro„ cedit. Remove à te os pravum. Oculi tui recta „ videant. Dirige ſemitam pedibus tuis. *Tob.* 1. Ni„ hil puerile geſſit: fugiebat conſortia omnium; per-

,, pergebat ad Templum, & ibi adorabat Do-
,, minum ::: Pergebat ad omnes, qui erant in
,, captivitate, & monita ſalutis dabat eis. *Lev.* 11.
,, Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. *Luc.*
,, 1. Erant juſti ambo ante Deum, incedentes in
,, omnibus juſtificationibus Domini ſine querela.
,, *S. Aug. ſer.* 256. Laudemus Dominum vita
,, & lingua, corde, & ore, vocibus, & moribus.
,, Concordent lingua cum vita, os cum conſci-
,, entia, voces cum moribus, ne forte bonæ
,, voces teſtimonium dicant contra malos mores.

*Puzilanimidade:* abatimento de animo, cobardia: *Eccli.* 7. ,, Noli eſſe puſillanimis in animo
,, tuo. *Gen.* 19. Nec poſſum in monte ſalvari,
,, ne fortè apprehendat me malum, & moriar.
,, *Num.* 13. Nequaquam ad hunc populum va-
,, lemus aſcendere, quia fortior nobis eſt. 1. *Reg.*
,, 28. Vidit Saul caſtra Philiſtiim, & expavit
,, cor ejus nimis. *Jo.* 12. Ex principibus multi
,, crediderunt in eum; ſed propter Phariſæos non
,, confitebantur, ut è Synagoga non ejicerentur.
,, *S. Aug. op. imperf. contra Julian. lib.* 6. *c.* 15.
,, Niſi Deus adſit, nemo eſt idoneus certare
,, cum vitiis. Ideo in hoc agone magis Deus vo-
,, luit orationibus certare, quam viribus.

*Rapina:* furto na prezença, ou com violencia da peſſoa. *Prov.* 21. Rapinæ impiorum de-
,, trahent eos, quia noluerunt facere judicium.
,, *Et c.* 22. Qui calumniatur pauperem ut au-
,, geat divitias ſuas, dabit ipſe ditiori, & ege-
,, bit. *Ezech.* 22. Sicut leo rugiens, rapienſque
,, prædam, animas devoraverunt, opes, & pre-
,, tium acceperunt. *Nahum* 2. Implevit præda
ſpe-

„ ſpeluncas ſuas , & cubile ſuum rapina. *Matth.*
„ 23. Væ vobis : intus pleni eſtis rapina & im-
„ munditia. 1. *Cor.* 6. Neque rapaces regnum
„ Dei poſſidebunt. *S. Aug. ſer.* 8. Si pœnale eſt
„ clanculò auferre, multo maioris pœnæ eſt vio-
„ lenter eripere. *Et ſer.* 178. Obedientes allo-
„ quimur, laudantes inſtruimus ; abſtinete vos à
„ conſuetudine rapiendi : & vos qui ſub manibus
„ raptorum gemitis , abſtinete vos à cupiditate
„ rapiendi.

*Razaõ* : a mais nobre faculdade da alma : to-
„ ma-ſe pelo diſcurſo , e diſcernimenro das cou-
„ zas : pela conta que dellas ſe dá. *Gen.* 2. In-
„ ſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ. *Exod.*
„ 31. Implevi eum ſpiritu Dei , ſapientia , & in-
„ telligentia , & ſcientia in omni opere. *Eccl.*
„ 17. Cor dedit illis excogitandi ; & diſciplin.
„ intellectus replevit illos. Creavit illis ſcien-
„ tiam ſpiritus , ſenſu implevit cor illorum. *Jo.*
„ 1. De plenitudine ejus nos omnes accepimus .
„ & gratiam pro gratia. *S. Aug. de Civit lib.* 1. *c.* 22,
„ Non quærimus utrum ſit factum , ſed utrum.
„ fuerit faciendum. Sana quippe ratio etiam ex-
„ emplis anteponenda eſt ; cui quidem & exem-
„ pla concordant , ſed illa quæ tantò digniora
„ ſunt imitatione , tanto excellentiora pietate.

*Rei* : Senhor ſoberano , aquem ſe deve obe-
decer como a Deos , em tudo o que pertence ao
temporal. *Gen.* 47. „ Salus noſtra in manu tua
„ eſt : reſpiciat nos tantum Dominus noſter : &
„ læti ſerviemus Regi. 1. *Reg.* 8. Judicabit nos
„ Rex noſter , & egredietur ante nos , & pugna-
„ bit bella noſtra pro nobis. *Eccleſ.* 8. Ego os
Re-

„ Regis obſervo, & præcepta juramenti Dei. Ne
„ feſtines recedere à facie ejus, neque perma-
„ neas in opere malo: quia omne, quod volu-
„ erit, faciet: & ſermo illius poteſtate plenus
„ eſt: nec dicere ei quiſquam poteſt: quare ita
„ facis? *Sap.* 6. Ad vos ergo Reges ſunt hi ſer-
„ mones mei, ut diſcatis ſapientiam, & non ex-
„ cidatis. Qui enim cuſtodierint juſta juſtè juſti-
„ ficabuntur. *Jo.* 1. Tu es Rex Iſrael. *Et c.* 6.
„ Cum cognoviſſet quia venturi erant, ut ra-
„ perent eum, & facerent eum Regem, fugit
„ iterum in montem ipſe ſolus. 1. *Tim.* 2. Ob-
„ ſecro fieri orationes pro Regibus, & omnibus
„ qui in ſublimitate ſunt, ut quietam & tran-
„ quillam vitam agamus in omni pietate. 1. *Pe-*
„ *tr.* 2. Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ
„ propter Deum: ſive Regi quaſi præcellenti.
„ Deum timete, Regem honorificate. *S. Aug.*
„ *Confeſſ. lib.* 3. *c.* 8. Regi licet jubere aliquid
„ quod nunquam juſſerat. Generale pactum eſt
„ ſocietatis humanæ obedire Regibus ſuis.

*Reino* de Deos interno; e eterno. *Gen.* 49.
„ Non auferetur ſceptrum de Juda, donec ve-
„ niat qui mittendus eſt; & ipſe erit expectatio
„ Gentium. *Pſal.* 144. Sancti tui benedicant ti-
„ bi: gloriam regni tui dicent. *Dan.* 7. Re-
„ gnum, & poteſtas, & magnitudo regni detur
„ populo Sanctorum Altiſſimi: cujus regnum,
„ regnum ſempiternum. *Matth.* 11. Regnum
„ cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt il-
„ lud. *Luc.* 12. Quærite primum regnum Dei,
„ & juſtitiam ejus; & hæc omnia adjicientur vo-
„ bis. *Jo.* 18. Regnum meum non eſt de hoc
„ mun-

„ mundo. *S. Aug. ſer.* 110. Plane dicimus: Red„ de quod promiſiſti : Inde eſt, quod audemus „ quotidie dicere ; Adveniat regnum tuum ; ut „ adveniente regno ejus, & nos cum illo re„ gnemus. Quod nobis his verbis promiſſum „ eſt. *Et de Civit. lib.* 5. *c.* 1. Divina providen„ tia regna conſtituuntur humana.

*Religiaõ* : culto de Deos. *Gen.* 18. „ Adora„ vit in terram. *Deut.* 6. Dominum Deum tuum „ timebis, & illi ſoli ſervies. *Matth.* 4. Domi„ num Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. „ *Jo.* 9. Procidens adoravit eum. *Hebr.* 1. Ado„ rent eum omnes Angeli Dei. *S. Aug de vera* „ *Religion. c.* 55. *Et Retract. lib.* 1. *c.* 13. Ad „ unum Deum tendentes, & ei uni religantes „ animas noſtras, unde Religio dicta creditur, „ omni ſuperſtitione careamus. *Tomaſe pelo eſta*„ *do Religiozo, no qual ſe conſagraõ os homens ao* „ *culto divino, aſpirando á perfeiçaõ pelos votos* „ *de caſtidade, pobreza, e obediencia. Matth.* 7. „ Intrate per anguſtam portam, quia lata por„ ta eſt quæ ducit ad perditionem : arcta via „ eſt quæ ducit ad vitam. 3 *Reg.* 10. Beati „ viri tui, & beati ſervi tui, qui ſtant coram te „ ſemper. 1. *Petr.* 2. Genus electum, regale „ Sacerdotium, gens ſancta. *Pſal.* 131. Quam „ bonum & quam jucundum habitare fratres in „ unum. *S. Aug. ſer.* 355. Noſtis ſic nos vivere „ in ea domo quæ dicitur Epiſcopii, ut, quan„ tum poſſumus, imitemur eos Sanctos, de qui„ bus loquitur liber Actuum Apoſtolorum: Ne„ mo dicebat aliquid proprium, ſed erant illis „ omnia communia. *Et Confeſſ. lib.* 8. *c.* 6. Ser-

„ mo devolutus eſt ad monaſteriorum greges, &
„ mores ſuaveolentiæ tuæ, & ubera deſerta ere-
„ mi: Et erat monaſterium Mediolani plenum
„ bonis fratribus extra urbis mœnia ſub Am-
„ broſio nutritore. *S. Hieronym. ad Paulin.* Si
„ cupis eſſe quod diceris Monachus, id eſt ſo-
„ lus, quid facis in urbibus? Habeto ſimplici-
„ tatem columbæ, ne cuiquam machineris do-
„ los; & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſup-
„ planteris inſidiis. *S. Bernard. de Converſ. ad*
„ *Cleric.* Periclitatur caſtitas in deliciis, humi-
„ litas in divitiis, pietas in negotiis, veritas in
„ multiloquio, virtus in ſæculo nequam. Fugite
„ de medio Babylonis, fugite, & ſalvate animas
„ veſtras. *S. Laurent. Juſt. de Diſc. Monaſt. c.7.*
„ Secure ſperet poſt hanc peregrinationem, il-
„ lam ſupernam intrare Jeruſalem, quicumque
„ in juſtorum congregationem fuerit vocatus.
„ Magnum electionis indicium eſt, hujus fra-
„ ternitatis habere conſortium, facileque ab illa
„ excluditur, qui ab hac fuerit ſegregatus.

*Reliquias* dos Santos: devem ſer veneradas: Deos as honra com prodigios. 4. *Reg.* 11. „ Ser-
„ vavit pallium Eliæ quod ceciderat ei: & pal-
„ lio percuſſit aquas; & diviſæ ſunt. *Et c.* 13.
„ Projecerunt cadaver in ſepulchro Eliſei. Quod
„ cum tetigiſſet oſſa Eliſei, revixit homo, &
„ ſtetit ſuper pedes ſuos. *Matth.* 9. Mulier, quæ
„ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis,
„ acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti
„ ejus. Et ſalva facta eſt ex illa hora. *Act.* 5.
„ Concurrebat multitudo vicinarum civitatum in
„ Jeruſalem, & in plateas ejiciebant infirmos,
„ ut

„ ut veniente Petro, ſaltem umbra illius obum-
„ braret quemquam illorum, & liberarentur ab
„ infirmitatibus ſuis. *Et c.* 19. Virtutes non
„ quaslibet faciebat Deus per manum Pauli: ita
„ ut ſuper languidos deferrentur à corpore ejus
„ ſudaria, & ſemicinctia, & recedebant ab eis
„ languores, & ſpiritus nequam egrediebantur.
„ *Eccli.* 49. Prophetarum oſſa pullulent de loco
„ ſuo. Oſſa ( Joſeph ) viſitata ſunt, & poſt mor-
„ tem prophetaverunt. *S. Gregor. Nazianz. Or.*
„ 2. *in Julian.* Quorum vel ſola corpora idem
„ poſſunt, quod animæ ſanctæ, ſive tangantur,
„ ſive honorentur: quorum vel ſolæ ſanguinis
„ guttæ, atque exigua paſſionis ſigna idem poſ-
„ ſunt quod corpora. *S.Baſil. in Pſal.* 115. Mar-
„ tyris oſſa ſi quis adtigerit, ob gratiam corpori
„ inſidentem, fit quadamtenus ſanctificationis
„ particeps. *S. Jo. Chryſ. hom.* 47. *ad pop. Anti-*
„ *och.* Martyres nobiſcum Deus partitus eſt: cum
„ animas ſibi ipſe ſumpſiſſet, corpora nobis quo-
„ dammodo largitus eſt, ut perpetuæ virtutis mo-
„ numentum ſancta horum oſſa teneamus. *S.*
„ *Aug. ſer.* 318. Exiguum pulvis tantum popu-
„ lum congregavit: cinis latet, beneficia patent.
„ Cogitate quæ nobis Deus ſervet in regione vi-
„ vorum, qui tanta præſtat de pulvere mortuo-
„ rum. Caro ſancti Stephani per loca ſingula
„ diffamatur: ſed fidei ejus meritum commen-
„ datur. Sic expectemus conſequi temporalia
„ beneficia, ut eum imitando accipere merea-
„ mur æterna.

*Reſignaçaõ:* acto de caridade comque con-
formamos noſſa vontade com a de Deos. 2.

 Mach.

Mach. 1. *Benefaciat vobis Deus, & det vobis cor omnibus, ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem corde magno, & animo volenti.* Luc. 22. *Non mea, ſed tua voluntas fiat.* Act. 13. *Inveni David ſecundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Matth. 6. *Fiat voluntas tua.* Gen. 45. *Non veſtro conſilio, ſed Domini voluntate. huc miſſus ſum.* Job. 1. *Dominus dedit, Dominus abſtulit. Sicut Domino placuit.* Act. 9. *Quid me vis facere?* S. Aug. in Pſal. 124. *Qui ſunt recti corde? Qui non reprehendunt Deum, qui voluntatem ſuam ad Dei voluntatem dirigunt, non voluntatem Dei ad ſuam curvare conantur.*

*Reſtituiçaõ:* ſem reſtituir do modo poſſivel a fazenda, ou fama, naõ ha ſalvaçaõ. Lev. 6. *Reddet omnia, quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & quintam inſuper partem domino, cui damnum intulerat.* Exod. 21. *Reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu &c.* 2. Reg. 12. *Ovem reddet in quadruplum.* 4. Reg. 4. *Vende oleum, & redde creditori.* Matth. 22. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Rom. 13. *Reddite omnibus debita.* S. Aug. Epiſt. 153. *Si res aliena, propter quam peccatum eſt, cum reddi poſſit, non redditur, non agitur pœnitentia, ſed fingitur: ſi autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, niſi reſtituatur ablatum; ſed, ut dixi, cum reſtitui poteſt.* Cæleſtin. 2. Pap. c. Gravis. *Mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit de præmiſſis, prædictum Archidiaconum ablata prænominati Monaſterii fratribus cum integritate reſtituere, damna plenarie reſarcire, & de illatis injuriis competenter*

*ter ſatisfacere compellatis.* S. Thomas Aquin. 2. 2. q. 62. art. 4. *Homo tenetur ad reſtitutionem ejus, in quo aliquem damnificavit.*

*Reſurreição.* No fim do mundo havemos de reſuſcitar, os bons para a vida eterna, os impios para a eterna condenação. Job. 19. *Scio quod Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum.* Matth. 24. *Mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos ejus.* 1. Theſſ. 4. *Simul rapiemur cum illis obviam Chriſto in aera.* 1. Cor. 15. *Dicet aliquis: quomodo reſurgent mortui? Inſipiens, tu quod ſeminas non vivificatur, niſi prius moriatur.* 2. Mach. 7. *Rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus, in æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit.* S. Aug. Enchirid. c. 91. *Reſurgent ſanctorum corpora ſine ullo vitio, ſine ulla deformitate.* Et cap. 92. *Quicumque vero ab illa perditionis maſſa non liberantur, reſurgent quidem unuſquiſque cum ſua carne, ſed ut cum diabolo & ejus angelis puniantur.* S. Hieronym. Epiſt. 38. *Poſt reſurrectionem eadem habebimus membra, quibus nunc utimur, eaſdem carnes, & ſanguinem, & oſſa.* S Cyrill. Jeroſolym. Catech. 18. *Excitabimur æterna habentes corpora, non omnes autem ſimilia: ſed qui eſt juſtus, corpus accipiet cœleſte, ut poſſit cum Angelis digne converſari. Si vero peccator eſt, accipiet corpus æternum, quo ſufferre poſſit pœnas peccatorum.* S. Jo. Daſmac. de Fide Orth. lib. 4. cap. 28. *Ipſum corpus quod corrumpitur & diſſolvitur, idem reſurget incorruptibile. Non impotens eſt enim is qui in*

*in principio ex pulvere terræ ipſum conſtituit, rurſus reſolutum, & converſum in terram, ſecundum Conditoris dictum iterato ſuſcitare illud.*

*Revelaçaõ:* Deos manifeſta ſeos ſegredos nas Eſcrituras: (depois dos Apoſtolos naõ ſe revelou couza alguma a toda a Igreja; mas ſim a algumas peſſoas; no que pode haver engano, e ſe haõ de combinar com as da Eſcritura, e doutrina da Igreja: ſe a iſto ſe ajuſtaõ, podeſelhes dar credito, como ao que diz peſſoa de verdade; porem naõ propô-las na Igreja.) 2. Petr. 1. *Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia; ſed Spiritu Sancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.* Apoc. 1. *Apocalypſis Jeſu Chriſti, quam dedit illi Deus palam facere ſervis ſuis. ::: Beatus qui legit, & audit verba prophetiæ hujus, & ſervat ea.* Matth. 11. *Revelaſti ea parvulis.* Epheſ. 1. *Deus det vobis ſpiritum ſapientiæ, & revelationis in agnitione ejus.* Jer. 33. *Revelabo illis deprecationem pacis & veritatis.* S. Aug. contra Adimant. cap. 28. *Ad intelligentiæ viſionem ſimplex & propria pertinet revelatio rerum intellectarum, atque certarum.*

*Ricos:* eſtaõ em maior perigo, ſe naõ uzaõ bem das riquezas: éſtas ſe deſvanecem, e ſó nas mãos dos pobres paſſaõ aos tezouros do Ceo. *Job.* 27. „ Dives cum dormierit nil ſecum auferet. Apprehendet eum inopia. *Pſal.* 75. Nihil „ invenerunt omnes viri divitiarum in manibus „ ſuis. *Sophon:* 1. Argentum & aurum non poterit liberare eos in diè iræ Domini. *Prov.* 25. „ Noli laborare ut diteris. Ne erigas oculos ad „ opes, quas non poteris habere. *Matth.* 6. No-

„ lite

„ lite theſaurizare vobis theſauros in terra, ubi „ fures effodiunt, & furantur, ubi ærugo & ti„ nea demolitur. 1. *Tim.* 6. Divitibus hujus ſæ„ culi præcipe non ſublime ſapere, neque ſpe„ rare in incerto divitiarum, ſed in Deo vero; „ bene agere, divites fieri in bonis operibus, „ facile tribuere. *S. Aug. ſer.* 177. Plus habes „ velle; egeſtas aucta eſt (divitibus), non po„ teſtas. Congregaſti facultatem; da tibi, ſi po„ tes, ſecuritatem. Tolle inde ſpem. *S. Ambroſ.* „ *in Luc.* Divitiæ ut impedimenta ſunt impro„ bis, ita adjumenta ſunt bonis. *Ricos bons; Abrahaõ, Job, David, Cornelio, Tabita, Filemon: máos; Nabucodonozor, Nabal, o avarento, o epulaõ de que falla o Evangelho &c.*

*Sabbado*: deſcanſo do Senhor; figura da felicidade eterna dos juſtos. *Gen.* 2. „ Requievit „ (Deus) die ſeptimo ab univerſo opere quod „ patrarat. Et benedixit diei ſeptimo, & ſancti„ ficavit illum. *Exod.* 16. Requies Sabbati ſancti„ ficata eſt Domino. *Deut.* 5. Obſerva diem „ Sabbati, ut ſanctifices eum. *Iſai.* 56. Qui „ cuſtodierint Sabbata mea, dabo eis nomen „ ſempiternum. *Matth.* 12. Dominus eſt Filius „ hominis etiam ſabbati. *Hebr.* 4. Relinquitur „ ſabbatiſmus populo Dei. *S. Aug. ſer.* 9. *cap.* 5. „ Incipit requies noſtra quaſi mane, ſed non „ finitur, quia in æternum vivemus. Ad hanc „ ſpem quidquid facimus, ſi facimus, Sabbatum „ obſervamus.

*Sabedoria*: conhecimento de Deos, e do que a elle conduz. *Sap.* 6. „ Clara eſt, & quæ nun„ quam marceſcit Sapientia, & facile videtur ab

„ his

,, his qui diligunt eam. *Et cap.* 10. Sapientia ,, hos qui ſe obſervant à doloribus liberavit. Hæc ,, profugum iræ fratris juſtum deduxit per vias ,, rectas. *Eccli.* 1. Omnis ſapientia a Domino ,, Deo eſt, & cum illo fuit ſemper. *Et cap.* 4. ,, Sapientia filiis ſuis vitam inſpirat. Non abſcon- ,, das ſapientiam tuam in decore ſuo. In lingua ,, enim ſapientia dignoſcitur. *Luc.* 21. Ego enim ,, dabo vobis os, & ſapientiam, cui non pote- ,, runt reſiſtere & contradicere omnes adverſarii ,, veſtri. *Rom.* 13. O' altitudo divitiarum ſapi- ,, entiæ, & ſcientiæ Dei. *Jacob.* 3. Si zelum ,, amarum habetis, nolite gloriari, & mendaces ,, eſſe: non eſt enim iſta ſapientia deſurſum ,, deſcendens; ſed terrena, animalis, diabolica. ,, Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primum ,, quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ,, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſeri- ,, cordia, & fructibus bonis, non judicans, ſine ,, ſimulatione. *S. Aug. de Geneſ. ad liter. imperf.* ,, *cap.* 16. In Deo eſt illa ſapientia, quæ non ,, participando ſapiens eſt, ſed cujus participatio- ,, ne ſapiens eſt anima quæcumque ſapiens ,, eſt.

*Sacerdote*: Clerigo ordenado para conſagrar, e offerecer o Sacrificio da Miſſa. *Eccli.* 7. ,, In ,, anima tua time Dominum, & Sacerdotes il- ,, lius ſanctifica: miniſtros illius ne derelinquas; ,, da illis partem primitiarum & purgationis. ,, *Levit.* 21. Sancti erunt Deo ſuo, & non pol- ,, luent nomen ejus: incenſum enim Domini, ,, & panes Dei ſui offerent; & ideo ſancti erunt. ,, *Judith.* 8. Quoniam eſtis Presbyteri in populo

,, Dei,

,, Dei, & ex vobis pendet anima eorum, ad
,, eloquium veſtrum corda eorum erigite. *Jo.*
,, 15. Ego elegi vos, & poſui vos, ut eatis, &
,, fructum afferatis. *Luc.* 10. Qui vos audit, me
,, audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. 1. *Tim.* 5.
,, Qui bene præſunt Presbyteri, doplici honore
,, digni habeantur: maxime qui laborant in ver-
,, bo, & doctrina. *S.Gregor. Nazianz. orat.*1. In
,, hoc noſtro imperio, quod in lege divina ſitum
,, eſt, & ad Deum ducit, quo maius eſt faſti-
,, gium, maiorque dignitas, eo etiam maius
,, periculum eſt. *S. Hieronym. Epiſt.* 49. Pres-
,, byteri habeant in exemplum Apoſtolos, &
,, Apoſtolicos viros: Quorum honorem poſſi-
,, dentes, habere nitantur & meritum. *S. Aug.*
,, *ſer.* 355. Clericus duas res profeſſus eſt, &
,, ſanctitatem, & clericatum: interius ſancti-
,, tatem; nam clericatum propter populum ſuum
,, Deus impoſuit cervicibus ipſius, cui magis
,, onus eſt quam honos. *S. Bernard. de Conſid.*
,, *lib.* 4. *cap.* 2. Ita ordinati, ita ſint informati,
,, quatenus totius honeſtatis, & ordinis ipſi ſpe-
,, culum, ipſi ſint forma. Inveniantur præ cæ-
,, teris oportet expediti ad officia, idonei ad ſa-
,, cramenta, ad plebes erudiendas ſolliciti, cir-
,, cunſpecti ad ſe ſe cuſtodiendos in omni caſti-
,, tate.

*Sacramentos:* ſinaes ſenſiveis da graça que conferem; inſtituidos por Chriſto: Sap. 2. *Neſcierunt ſacramenta Dei, neque mercedem ſperaverunt juſtitiæ.* Matth. 15. *Mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos projecerunt ad pedes ejus, & curavit eos.* Marc. 6. *In plateis ponebant infirmos,*

&

*& deprecabantur eum, ut vel fimbriam veſtimenti ejus tangerent, & quotquot tangebant eum, ſalvi fiebant.* Epheſ. 1. *Ut notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ, ſecundùm beneplacitum ejus, quod poſuit in eo.* 1. Tim. 3. *Manifeſte magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, juſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt Gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria.* Apoc. 1. *Sacramentum ſeptem ſtellarum, quas vidiſti in dextera mea, & ſeptem candelabra aurea.* S. Aug. contra Epiſt. Parmen. lib. 2. c. 10. *Omnia ſacramenta cum obſint indignè tractantibus, proſunt tamen per eos dignè ſumentibus.* Et c. 11. *Spiritus Sanctus in Eccleſiæ Præpoſito vel Miniſtro ſic ineſt, ut ſi fictus non eſt, operetur per eum Spiritus, & ejus mercedem in ſalutem ſempiternam, & eorum regenerationem, vel ædificationem, qui per eum ſive conſecrantur, ſive euangelizantur.* Devem ſe frequentar com piedade os Sacramentos da Confiſſaõ, e Comunhaõ. Prov. 9. *Miſit ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis.* Iſai. 55. *Omnes ſitientes venite ad aquas: venite, emite abſque argento.* S. Aug. Epiſt. 54. *Si tanta eſt plaga peccati, atque impetus morbi ut medicamenta talia differenda ſint, auctoritate Antiſtitis debet quiſque ab altari removeri ad agendam pœnitentiam, & eadem auctoritute reconciliari. Ceterum peccata ſi tanta non ſint, ut excommunicandus quiſquàm homo judicetur, non debet ſe à quotidiana medicina Dominici corporis ſeparare.* S. Cyrill. Alexandr. lib. 3. in Jo. c.6. *Intelligant ſi cunctanter & vix Eccleſias adeant, & longo temporis ſpatio Eccleſiam,*

*am, quæ per Chriſtum frequentare deſinant, & ex eo quod nolunt ei myſtice communicare, damnoſum metum, ac reverentiam prætextant, æterna vita ſeipſos excludere, dum vivificari renuunt; & recuſationem illam, tametſi à metu ac religione profecta videtur, in laqueum cadere & ſcandalum.*

*Sacrificio:* acto de religiaõ comque nos offerecemos a Deos, e juntamente alguma couza exterior, que ſe conſuma, ou dedique ao ſeo culto, em obſequio do ſupremo dominio. Na Igreja de Chriſto ſó ha o ſacrificio da Miſſa, de que os antigos eraõ figuras. Pſal. 49. *Immola Deo ſacrificium laudis; & redde Altiſſimo vota tua.* Num. 8. *Purificati ſunt, & laverunt veſtimenta ſua. Elevavitque eos Aaron in conſpectu Domini, & oravit pro eis, ut purificati ingrederentur ad officia ſua in tabernaculum fœderis.* Exod. 29. *Oblatio eſt Domino, odor ſuaviſſimus victimæ Domini.* Jo. 6. *Operamini cibum qui non perit, ſed permanet in vitam æternam.* Hebr. 13. *Per ipſum offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo.* Eccli. 36. *Sacrificium ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate.* S. Aug. de Civit. lib. 10. c. 5. *Nec quod ab antiquis Patribus talia ſacrificia facta ſunt in victimis pecorum, quæ nunc Dei populus legit, non facit, aliud intelligendum eſt, niſi rebus illis eas res fuiſſe ſignificatas, quæ aguntur in nobis, ad hoc ut inhæreamus Deo. Sacrificium ergo viſibile inviſibilis ſacrificii ſacramentum, id eſt ſacrum ſignum eſt.*

*Sacrilegio:* violaçaõ de couza, ou peſſoa ſagrada. Pſal. 78. *Polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Jeruſalem in pomorum cuſtodiam.* Ezech. 8.

8. *Adhuc videbis abominationes maiores: & ecce in oſtio templi quaſi vigintiquinque viri, dorſa habentes contra templum Domini; & facies ad orientem.* Dan. 5. *Allata ſunt vaſa, quæ aſportaverat de templo; & biberunt in eis rex, & optimates ejus, uxores, & concubinæ; & laudabant deos ſuos aureos, & argenteos ::: Eadem nocte interfectus eſt rex Balthaſſar.* Matth. 24. *Cum videritis abominationem deſolationis in loco ſancto, tunc qui in Judæa ſunt fugiant.* Marc. 11. *Cum introiſſet in templum, cœpit ejicere vendentes, & ementes.* S. Aug. in Jo. tr. 62. *Dicunt enim: Ita meruit panis Chriſti, porrectus de menſa Chriſti, ut poſt illum intraret in ejus diſcipulum ſatanas? Quibus reſpondendum, hinc nos potius doceri, quam ſit cavendum male accipere bonum. Multum quippe intereſt, non quid accipiat, ſed quis accipiat. Nam & bona obſunt, & mala proſunt, ſicut fuerint quibus dantur.*

*Santos:* devem ſer venerados, e imitados. Job. 5. *Ad aliquem Sanctorum convertere.* Pſal. 138. *Nimis honorificati ſunt amici tui Deus.* Jo. 15. *Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Eſth. 6. *Sic honorabitur, quemcumque voluerit Rex honorare.* Dan. 3. *Benedicite ſancti, & humiles corde Domino.* Apoc. 2. *Ipſi populus ejus erunt, & ipſe erit eorum Deus.* S. Aug. ſer. 332. *Quando honorem Martyribus exhibemus, Chriſti amicos honoramus.* Acta S. Ignatii Martyr. an. 107. *Secundum tempus martyrii congregati, communicemus athletæ, & virili Chriſti Martyri, glorificantes in ipſius venerabili memoria Dominum noſtrum Jeſum*

*ſum Chriſtum.* S. Baſil. hom. 20. *Honor, quem in bonos ſervos conferimus, benevolentiæ ſignificationem apud communem Dominum habet. (Sanctorum) hæc eſt vera laus, alios ad eorum virtutem æmulandam invitare. Paratum eſt hic Chriſtianis auxilium, exercitus triumphantium, chorus laudantium Deum. Qui aliqua premitur anguſtia ad hos confugit; qui rurſus lætatur ad hos recurrit. Hic mulier orans pro filio auditur: peregrinanti viro reditum incolumem, ægrotanti verò ſalutem implorat. O' communes generis humani cuſtodes, optimi curarum ſocii, precum ac votorum invicem ſuffragatores, legati apud Deum potentiſſimi.* S. Hieron. poſt Epiſt. 53. *Adoramus reliquias Martyrum, ut eos cujus ſunt Martyres adoremus. Honoramus ſervos, ut honor ſervorum redundet ad Dominum.* Deos he Santo por eſſencia, *Iſai.* 6. *Apoc.* 4. Nós devemos ſer ſantos por graça, *Lev.* 11. *Deut.* 26. *Epheſ.* 5. *Apoc.* 22. Os Santos intercedem por nós, *Jer.* 15. & 2. *Mach.* 15. *Apoc.* 5. *Gen.* 26. & 31. Eſtaõ com Chriſto reinando nos Céos. 2. *Cor.* 5. *Phil.* 1. *Apoc.* 3. & 7. & 14. Saõ louvados, *Eccli.* 44. *Jo.* 12. *Pſal.* 150. Fazem milagres, como Moyſes, *Exod.* 7. &c. S. Elias reſuſcitando o morto, abrindo, e fechando o Céo, 3. *Reg.* 17. &c. Elizeo, 4. *Reg.* 2. & 4. Os Apoſtolos, *Marc.* 5. & 16. *Act* 3. & 9. &c. *Hebr.* 11.

*Satisfaçaõ:* neceſſaria depois de confeſſados os peccados com verdadeira dor. *Num.* 14. „ Dimiſi (peccatum populi,) attamen omnes „ qui viderunt majeſtatem meam, & ſigna, „ & tentaverunt me jam per decem vices, nec „ obe-

,, obedierunt voci meæ, non videbunt terram
,, pro qua juravi patribus eorum. 1. *Par.* 21. Et
,, ceciderunt tam ipſe, quam maiores natu veſ-
,, titi ciliciis, proni in terram. 2. *Cor.* 3. Suffi-
,, cientia noſtra ex Deo eſt. *Matth.* 13. Niſi
,, pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.
,, *S. Aug. ſer.* 351. Non ſufficit mores in melius
,, commutare, & à factis malis recedere; niſi
,, etiam de his, quæ facta ſunt, ſatisfiat Deo per
,, pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemi-
,, tum, per contriti cordis ſacrificium, coope-
,, rantibus eleemoſinis.

*Sciencia*: dom do Eſpirito Santo: conhecimento das couſas temporaes, em ordem a ſegurar as eternas. *Iſai.* 11. ,, Requieſcet ſuper
,, eum ſpiritus Domini; ſpiritus ſcientiæ, &
,, pietatis. *Jer.* 31. Dabo legem meam in viſce-
,, ribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.
,, *Ezech.* 36. Spiritum meum ponam in medio
,, veſtri: & faciam ut in præceptis meis ambule-
,, tis. *Luc.* 24. Sedete in civitate, quoaduſque
,, induamini virtute ex alto. *S. Aug. de Trinit.*
,, *lib.* 12. *c.* 14. Habet ſcientía modum ſuum,
,, bonum, ſi, quod in ea inflat, vel inflare adſolet,
,, æternorum caritate vincatur. Sine ſcientia
,, quippe nec virtutes ipſæ, quibus recte vivitur,
,, poſſunt haberi. Diſtat tamen ab æternorum
,, contemplatione actio qua bene utimur tempo-
,, ralibus rebus. In hac differentia intelligendum
,, eſt ad contemplationem ſapientiam, ad actio-
,, nem ſcientiam pertinere.

*Seculo*: toma-ſe pela vida humana; por todo o eſpaço de tempo até o fim do mundo; pelos

que

que amaõ as couzas da terra; e talvez pela eternidade. *Exod.* 21. Erit ei ſervus in ſæculum. *Job.* 22. Numquid ſemitam ſæculorum cuſtodire cupis,
„ quam calcaverunt viri iniqui? *Jer.* 2. A' ſæ-
„ culo confregiſti jugum meum. *Matth.* 13. So-
„ licitudo ſæculi iſtius, & fallacia divitiarum ſuf-
„ focat verbum. *S. Aug. ſer.* 125. Qui amat ſæ-
„ culum, amare Deum non poteſt. *Et de Ci-*
„ *vit. lib.* 16. *c.* 27. Sæcularia dicuntur multa,
„ quæ in hoc ſæculo ſic aguntur, ut brevi etiam
„ tempore tranſeant.

*Sede:* he ſimbolo do dezejo. 2. Eſdr. 9. *Aquam dediſti eis in ſiti.* Iſai. 5. *Multitudo ejus ſiti exaruit.* Matth. 5. *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam.* Jo. 5. *Qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.* Apoc. 21. *Sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis.* S. Aug. ſer. 1. in Pſal. 68. *Sitis ipſius erat, quando dixit mulieri, Sitio, da mihi bibere: fidem quippe ipſius ſitiebat. Et de Cruce cum dixit, Sitio; fidem illorum quærebat, pro quibus dixerat, Pater ignoſce illis.*

*Sediçaõ:* tumulto, e diſcordia entre os membros da meſma republica, ou comunidade. 1. Reg. 14. *Ecce verſus fuerat gladius uniuſcujuſque ad proximum ſuum, & cædes magna nimis.* Num. 16. *Cum oriretur ſeditio, & tumultus increſceret ::: percuſſi ſunt quatuordecim millia hominum, & ſeptingenti, abſque his qui perierant in ſeditione Core.* Luc. 11. *Omne regnum in ſeipſum diviſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet.* Act. 19. *Impleta eſt civitas confuſione. ::: peri-*

*cli-*

*clitamur argui ſeditionis hodiernæ.* Marc. 15. *Qui in ſeditione fecerat homicidium.* S. Aug. de vera Relig. cap. 6. *Sæpe etiam ſinit Divina providentia, per nonnullas nimium turbulentas carnalium hominum ſeditiones expelli de congregatione Chriſtiana, etiam bonos viros. Quam contumeliam, vel injuriam ſuam cum patientiſſime pro Eccleſiæ pace tulerint, neque ullas novitates vel ſchiſmatis vel hæreſis moliti fuerint, docebunt homines quàm vero affectu, & quanta ſinceritate caritatis Deo ſerviendum ſit. Talium ergo virorum propoſitum eſt, aut ſedatis remeare turbinibus; aut ſi id non ſinantur, vel eadem tempeſtate perſeverante, vel ne ſuo reditu talis aut ſævior oriatur, tenent voluntatem conſulendi, etiam eis ipſis quorum motibus perturbationibusque ceſſerunt, ſine ulla conventiculorum ſegregatione uſque ad mortem defendentes, & teſtimonio juvantes eam fidem quam in Eccleſia Catholica prædicari ſciunt.*

*Segurança:* naõ a tem os impios: ſó em Deos ſe acha. Eccli. 9. *Neſcit homo, utrum amore, an odio dignus ſit: ſed omnia in futurum ſervantur incerta, eo quod univerſa æque eveniant juſto & impio.* Ezech. 34. *Qui habitant in deſertis, ſecuri dormient in ſaltibus. Et ponam eos in circuitu collis mei benedictionem.* Luc. 12. *Habes multa bona poſita in annos plurimos. Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te.* 1. Theſſ. 5. *Cum dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperveniet interitus.* S. Aug. ſer. 40. *Securitatem tibi procurator dedit: nihil valet ſecuritas peccatoris. Utinam Dominus tibi daret, & ego te ſollicitum facerem. Domini enim ſecuritas*

va-

*valet, etiamſi nolim: mea vero nihil valet, ſi ille noluerit. Quæ eſt autem ſecuritas, fratres, vel mea, vel veſtra, niſi ut Domini juſſa intentè, & diligenter audiamus, & promiſſa fidelicer expectemus?*

*Senhor*: aquem outros eſtaõ ſujeitos, e devem obedecer. Exod. 21. *Qui percuſſerit ſervum, vel ancillam, & mortui fuerint in manibus ejus, criminis reus erit. Si percuſſerit oculum ſervi ſui, aut ancillæ, dimittet eos liberos.* Deut. 24. *Non negabis mercedem indigentis, & pauperis: ſed eadem die reddes ei pretium laboris ſui ante ſolis occaſum.* Prov. *Qui delicate à pueritia nutrit ſervum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem.* Job. 31. *Si contempſi ſubire judicium cum ſervo meo, & ancilla mea, cum diſceptarent adverſum me.* Epheſ. 6. *Vos Domini eadem facite illis, remittentes minas: ſcientes quia & illorum, & veſter Dominus eſt in cælis.* Col. 4. *Domini, quod juſtum eſt, & æquum ſervis præſtate.* Luc. 7. *Homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, & dico huic, vade, & vadit, & ſervo meo, fac hoc, & facit.* S. Aug. de morib. Eccleſ. Cath. lib. 1. cap. 30. *Tu (Eccleſia) Dominis ſervos, non tam conditionis neceſſitate, quam officii delectatione doces adhærere. Tu Dominos ſervis, ſummi Dei communis Domini conſideratione placabiles, & ad conſulendum quam coercendum propenſiores facis.*

*Sentidos corporaes*: ſe delles uzamos bem, ſaõ cauſa de merecimento; ſe mal, de caſtigo. 2. Reg. 19. „ Numquid vigent ſenſus mei ad diſ- „ cernendum ſuave, & amarum? aut delectare „ poteſt ſervũ tuum cibus & potus, vel audire poſ-

,, ſum ultrà vocem cantorum? non indigeo hac
,, viciſſitudine. *Dan.* 4. Ego Nabuchodonoſor
,, oculos meos ad cœlum levavi, & ſenſus meus
,, redditus eſt mihi, & Altiſſimo benedixi. *Matth.*
,, 5. Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue
,, eum. Et ſi dextra manus tua ſcandalizat te,
,, abſcide eam. 2. *Petr.* 2. Velut irrationabilia
,, pecora: voluptatem exiſtimantes diei delicias:
,, oculos habentes plenos adulterii, & inſatiabi-
,, lis delicti: maledictionis filii. *S. Aug. de vera*
,, *Relig. cap.* 54. Quorum vita eſt ſpectare, con-
,, tendere, manducare, bibere, recumbere,
,, dormire, & in cogitatione ſua nihil aliud
,, quam phantaſmata, quæ de tali vita colligunt,
,, amplectari, & ex eorum fallacia, ſuperſtitio-
,, nis vel impietatis regulas fingere, quibus de-
,, cipiuntur, & quibus inhærent: ligabuntur er-
,, go his manus & pedes, & mittentur in tene-
,, bras exteriores. Qui vero bene utitur, vel
,, ipſis quinque ſenſibus corporis ad credenda &
,, prædicanda opera Dei, & nutriendam carita-
,, tem ipſius, vel actione vel cogitatione ad pacifi-
,, candam naturam ſuam, & cognoſcendum
,, Deum, intrat in gaudium Domini ſui.

*Sepultura*: He obra de miſericordia enterrar os mortos. *Gen.* 5. ,, Celebrantes exequias plan-
,, ctu magno, ſepelierunt eum in ſpelunca du-
,, plici. 1. *Reg.* 31. Tulerunt oſſa eorum, &
,, ſepelierunt in nemore Jabes, & jejunaverunt
,, ſeptem diebus. *Et* 2. *Reg.* 2. Benedicti vos à
,, Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc cum
,, domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum. *Tob.*
,, 1. Mortuis atque occiſis ſepulturam ſolicitus

,, ex-

„ exhibebat. *Eccli* 7. Mortuo non prohibeas gra-
„ tiam. *Et cap.* 38. Contege corpus illius, &
„ non deſpicies ſupulturam illius. *Matth.* 14.
„ Diſcipuli ejus tulerunt corpus ejus, & ſepelie-
„ runt illud: & venientes nuntiaverunt Jeſu. *S.*
„ *Aug. de cura pro mort. cap.* 9. Laudantur illi,
„ qui oſſibus aridis ſepulturæ miſericordiam præ-
„ ſtiterunt.

*Servos*: moços, criados, eſcravos, aprendi-
zes, devem ſer fieis, e obedientes a ſeos amos.
*Eccli.* 7. „ Non lædas ſervum in veritate ope-
„ rantem. Servus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi
„ anima tua. 1. *Cor.* 7. Servus vocatus es? Non
„ ſit tibi curæ. Unuſquiſque in quo vocatus eſt,
„ in hoc permaneat. *Epheſ.* 6. Servi obedite
„ Dominis carnalibus cum timore & tremore,
„ in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto. 1.
„ *Tim.* 6. Quicumque ſunt ſub jugo ſervi, Do-
„ minos ſuos omni honore dignos arbitrentur.
„ 1. *Petr.* 2. Subjecti igitur eſtote omni huma-
„ næ creaturæ propter Deum. *Baruc.* 1. Orate
„ pro vita Regis, & filii ejus, ut ſerviamus eis
„ multis diebus, & inveniamus gratiam in con-
„ ſpectu eorum. *Matth.* 22. Reddite quæ ſunt
„ Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo. *S.*
„ *Aug. in Pſal.* 125. Non ideo Chriſtianus effe-
„ ctus es, ut dedigneris ſervire. Cum enim
„ Chriſto jubente ſervis homini, non illi ſervis,
„ ſed illi qui juſſit. Ecce non fecit de ſervis li-
„ beros, ſed de malis ſervis bonos ſervos. Et
„ ut corroboraret ſervum, hoc dixit: Exemplo
„ meo ſervi; prior ſervivi iniquis. Dominus
„ enim tanta in paſſione ſuſtinens, à quibus

„ ſuſtinuit, niſi Dominus à ſervis? *Jo. Gerſon*
„ *de modo vivendi, conſid.* 8. Regula pauperum,
„ ut divitibus libenter, & fideliter ſerviant; nec
„ divitibus propter divitias ſuas invideant, nec
„ propter paupertatem adulatione, vel detra-
„ ctione peccent, nec impatienter, ſed gratan-
„ ter paupertatem ſuſtineant.

*Severidade*: deveſe uzar poucas vezes; ſó quando naſce da caridade, ou juſtiça, ſem paixaõ, ou odio. *Prov.* 27. „ Meliora ſunt vul-
„ nera diligentis, quam fraudulenta oſcula odi-
„ entis. *Eccli.* 22. Flagella, & doctrina in omni
„ ſapientia. *Jo.* 2. Cum feciſſet quaſi flagellum
„ de funiculis, omnes ejecit de templo. *Rom.*
„ 11. Vide ergo bonitatem, & ſeveritatem
„ Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, ſeve-
„ ritatem; in te autem bonitatem Dei, ſi per-
„ manſeris in bonitate. *S. Aug. Epiſt.* 63. Non
„ omnis qui parcit, amicus eſt: nec omnis
„ qui verberat, inimicus. Melius eſt cum ſeve-
„ ritate diligere, quam cum lenitate decipere.
„ Utiliùs eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecu-
„ rus juſtitiam negligat, quam eſurenti panis fran-
„ gitur, ut injuſtitiæ ſeductus adquieſcat. Et
„ qui phreneticum ligat, & qui lethargicum ex-
„ citat, ambobus moleſtus, ambos amat.

*Silencio*: reprime o dezordenado apetite de fallar. *Eccli.* 20. „ Eſt tacens non habens ſenſum
„ loquendi, & eſt tacens ſciens tempus aptum.
„ Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus: laſci-
„ vus autem, & imprudens non ſervabunt tem-
„ pus. *Prov.* 17. Qui moderatur ſermones ſuos,
„ doctus & prudens eſt. Stultus quoque ſi tacu-

„ erit, ſapiens reputabitur. *Iſai.* 3. In ſilentio „ & ſpe erit fortitudo veſtra. *Matth.* 5. Sit autem ſermo veſter, Eſt, eſt; non, non: quod „ autem his abundantius eſt, à malo eſt. *Jacob.* 1. Si quis putat ſe religioſum eſſe, non „ refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor „ ſuum, hujus vana eſt religio. *Et c.* 3. Si quis „ in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. „ *Thren.* 3. Sedebit ſolitarius, & tacebit; quia „ levavit ſuper ſe. *S. Ambroſ. lib.* 1. *de Offic.* Alliga ſermonem tuum, ne luxuriet, ne laſciviat, & multiloquio peccata ſibi colligat. Jugum ſit verbis tuis, & ſtatera atque menſura, ut ſit gravitas in ſenſu, in ſermone pondus, atque in verbis modus. *S. Aug. in Pſal.* „ 38. Quia difficile eſt, ut quiſque lingua non „ labatur & peccet, ſi aliqua forte pœnitenda dixerat, & lapſa erant ab ore quæ vellet revocare, nec poſſet. Cum aliqua hæc ei contigiſſent, ſtatuerat non loqui. Cuſtodi ergo vias & „ noli delinquere in lingua tua: perpende quod „ dicturus es, examina, conſule interio rem veritatem. *Et de hæreſ. c.*66. Paſſalorynchitæ in tantũ „ ſilentio ſtudent, ut naribus, & labiis digitum opponant, ne vel ipſam taciturnitatem voce præripiant, quando tacendum ſibi eſſe arbitrantur.

*Simonia*: voluntaria compra, ou venda do eſpiritual, ou a elle anexo, pelo temporal. *Prov.* 3. „ Pretioſior eſt ſapientia cunctis opibus; & omnia „ quæ deſiderantur, huic non valent comparari. „ *Matth.* 10. Gratis accepiſtis, gratis date. *Act.* „ 8. Pecunia tecum ſit in perditionem: quoniam domum Dei exiſtimaſti pecunia poſſidere. *Pſal.* 82. Qui dixerunt, Hæreditate poſſi-

„ deamus Sanctuarium Dei, ponet eos Deus ut
„ rotam, ſicut ſtipulam ante faciem venti. *S.*
„ *Aug. contra Epiſt. Parmen. lib.* 2. *n.* 30. Intel-
„ ligitur, perverſitatem hominum eſſe corrigen-
„ dam, ſanctitatem autem ſacramentorum in
„ nullo perverſo eſſe violandam. Conſtat enim
„ eam in perverſis, & ſceleratis hominibus im-
„ pollutam atque inviolatam permanere. *S. Ge-*
„ *laſ. Pap. Epiſt.* 9. Quos conſtiterit indignos
„ meritis, ſacram mercatos eſſe pretio dignita-
„ tem, convictos oportet arceri, non ſine peri-
„ culo facinus tale perpetrantes: quia dantem
„ pariter & accipientem damnatio Simonis, quam
„ ſacra lectio teſtatur, involvit.

*Simplicidade:* ſinceridade, candura de ani-
mo. *Job.* 12. „ Deridetur juſti ſimplicitas. 1.
„ *Par.* 29. Scio quod ſimplicitatem diligas: un-
„ de & ego in ſimplicitate cordis mei lætus ob-
„ tuli univerſa. *Prov.* 11. Simplicitas juſtorum
„ diriget eos. 1. *Mach.* 2. Daniel in ſua ſimpli-
„ citate liberatus eſt de ore leonum. *Matth.* 10.
„ Eſtote ſimplices ſicut columbæ. 2. *Cor.* 1. Glo-
„ ria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ
„ noſtræ, quod in ſimplicitate cordis, & ſince-
„ ritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in
„ gratia Dei converſati ſumus. *S. Aug. ſer.* 64.
„ Quid opus eſt commendare multis verbis ſim-
„ plicitatem columbarum? Cavenda erant ve-
„ nena ſerpentis, columbam vero ſecurus imi-
„ tare. Attende columbas in ſocietate gaudere.
„ Columba amat & quando rixatur: lupus odit
„ & quando blanditur.

*Sobriedade:* parcimonia, moderaçaõ na co-
mida.

mida, e bebida. *Sap.* 8. ,, Labores hujus magnas
,, habent virtutes : ſobrietatem, & prudentiam
,, docet, & juſtitiam, & virtutem, quibus uti-
,, lius nihil eſt in vita hominibus. *Eccli.* 31.
,, Æqua vita hominibus, vinum in ſobrietate :
,, ſi bibas illud moderatè, eris ſobrius. *Luc.* 12.
,, Nolite quærere quid manducetis, aut quid bi-
,, batis. *Tit.* 2. Sobriè, & juſtè, & piè vivamus
,, in hoc ſæculo. 2. *Mach.* 4. Flexus ad miſeri-
,, cordiam, lacrymas fudit, recordatus defuncti
,, ſobrietatem, & modeſtiam. *S. Aug. de vita*
,, *beat. n.* 31. Meritò virtutum omnium matrem
,, multi frugalitatem eſſe dixerunt. Frugalitas
,, quaſi parcimonia dici ſolet. *Et ſer.* 225. Fugite
,, tenebras. Ebrietas ad tenebras pertinet. Noli-
,, te diſcedere ſobrii, & redire ebrii : & poſt me-
,, ridiem videbimus vos. Spiritus ſanctus habita-
,, re cœpit, non migret : nolite illum excludere
,, de cordibus veſtris. Bonus hoſpes, inanes in-
,, venit, implet vos : eſurientes invenit, paſcit
,, vos: poſtremo ſitientes invenit, inebriat vos.

*Soldados* : devem ſer valerozos, tementes a
Deos, prontos á clemencia. *Gen.* 14. ,, Cum au-
,, diſſet captum Lot fratrem ſuum, numeravit ex-
,, peditos vernaculos ſuos trecentos decem &
,, octo; & perſecutus, irruit ſuper eos nocte. 1.
,, *Mach.* 3. Nos pugnabimus pro animabus no-
,, ſtris, & legibus noſtris : Ipſe Dominus conte-
,, ret eos ante faciem noſtram : vos autem ne
,, timueritis eos. *Luc.* 3. Interrogabant eum &
,, milites : Quid faciemus & nos ? Et ait illis :
,, Neminem concutiatis, neque calumniam facia-
,, tis; & contenti eſtote ſtipendiis veſtris. *Act.* 10.
,, Cor-

,, Cornelius centurio cohortis, quæ dicitur Ita-
,, lica, religioſus, ac timens Deum cum omni
,, domo ſua, faciens eleemoſinas multas plebi,
,, & deprecans Deum ſemper ::: vocavit duos do-
,, meſticos ſuos, & militem timentem Deum.
,, *Rom.* 13. Abjiciamus opera tenebrarum, & in-
,, duamur arma lucis. *S. Aug. Epiſt.* 189. Hoſ-
,, tem pugnantem neceſſitas perimat, non vo-
,, luntas. Sicut rebellanti & reſiſtenti violentia
,, redditur, ita victo vel capto miſericordia jam
,, debetur, maximè in quo pacis perturbatio non
,, timetur. Ornet mores ſuos pudicitia conjuga-
,, lis, ornet ſobrietas & frugalitas. Turpe eſt, ut
,, quem non vincit homo, vincat libido; & obrua-
,, tur vino, qui non vincitur ferro.

*Sono*: deſcanſo neceſſario: ſombra da morte, e do peccado: os ſonhos ſe devem deſprezar: alguns foraõ miſterioſos. *Gen.* 2. ,, Immiſit Dominus
,, ſoporem in Adam. *Jon.* 1. Jonas deſcendit ad
,, interiora navis, & dormiebat ſopore gravi.
,, *Matth.* 8. Ipſe vero dormiebat, & ſuſcitaverunt
,, eum, dicentes: Salva nos, perimus. *Jo.* 11.
,, Si dormit, ſalvus erit. Dixerat autem Jeſus de
,, morte ejus: illi autem putaverunt quia de dor-
,, mitione ſomni diceret. *Jerem.* 23. Prophetantes
,, in nomine meo mendacium, atque dicentes:
,, Somniavi, ſomniavi. *S. Aug. in Pſal.* 62. So-
,, mnum corporis omnes debemus habere: quia
,, ſi non habeatur, deficit homo, deficit ipſum
,, corpus. Illud autem cavere debemus, ne ipſa
,, anima dormiat: malus enim eſt ſomnus animæ.
,, Bonus ſomnus corporis, quo reparatur vale-
,, tudo corporis. Somnus autem animæ eſt obli-
,, viſci Deum ſuum.

*Suberba:* apetite de ſer exaltado, deixando a Deos, gloriar-ſe em ſi. *Eccli.* 10. ,, Initium ſu-,, perbiæ hominis, apoſtatare à Deo. Quoniam ,, ab eo qui fecit illum receſſit cor ejus. Quoni-,, am initium omnis peccati eſt ſuperbia. *Tob.* 4. ,, A' ſuperbia initium ſumpſit omnis perditio. ,, *Job.* 15. Tetendit adverſus Deum manum ſu-,, am, & contra Omnipotentem roboratus eſt; ,, cucurrit adverſus eum erecto collo. *Iſai.* 14. ,, Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane ,, oriebaris? *Pſal.* 73. Superbia eorum, qui te ,, oderunt, aſcendit ſemper. *Prov.* 11. Ubi fue-,, rit ſuperbia, ibi erit & contumelia. 1. *Petr.* 5. ,, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat ,, gratiam. *Matth.* 23. Qui ſe exaltat humilia-,, bitur. *Luc.* 1. Diſperſit ſuperbos mente cordis ,, ſui. *S. Aug. in Pſal.* 18. *enarr.* 2. Delictum ,, magnum arbitror eſſe ſuperbiam. Quæritis quã ,, magnum ſit hoc delictum, quod dejecit an-,, gelum, eique in æternum interclusit regnum ,, cœlorum? Magnum delictum eſt, & caput ,, atque cauſa omnium delictorum. Qui nolue-,, rit ſervire caritati, neceſſe eſt ut ſerviat ini-,, quitati. Propter hoc magnum ſuperbiæ pecca-,, tum, Deus humilis venit. Iſte ingens morbus ,, animarum, Omnipotentem medicum de cœlo ,, deduxit, uſque ad formam ſervi humiliavit, ,, contumeliis egit, ligno ſuſpendit, ut per ſa-,, lutem tantæ diſciplinæ curetur hic tumor. ,, Jam tandem erubeſcat homo eſſe ſuperbus, ,, propter quem factus eſt humilis Deus. *S. Gre-,, gor. Moral. lib.* 34. *c.* 18. Superbia, quam vi-,, tiorum radicem diximus, nequaquam unius

,, vir-

,, virtutis extinctione contenta, contra cuncta ,, animæ membra ſe erigit, & quaſi generalis, ,, ac peſtifer morbus corpus omne corrumpit: ,, ut quidquid illa invadente agitur, etiamſi eſſe ,, virtutis oſtenditur, non per hoc Deo, ſed ſoli ,, vanæ gloriæ ſerviatur.,, Suberba caſtigada (*Job.* 24.) nos que abuzáraõ do eſpaço de penitencia, e foraõ confundidos (*Job.* 40.) nas mulheres de Sion (*Iſai.* 3.) em Faraó, Saul, Senacherib, Nabuco-donozor, Balthaſar, Aman, Agripa, Antioco: e até nos juſtos, em David, Ezechias, S. Pedro quando negou ao Senhor.

*Subditos*: haõ de reſpeitar, e obedecer aos ſuperiores. *Jo.* 8. ,, Si filii Abrahæ eſtis, opera ,, Abrahæ facite. *Lev.* 19. Coram cano capite ,, conſurge, & honora perſonam ſenis, & time ,, Dominum. *Rom.* 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim ,, poteſtas niſi à Deo. Qui reſiſtit poteſtati, Dei ,, ordinationi reſiſtit. *Hebr.* 13. Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis. 1. *Petr.* 2. Subjecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum. *S. Aug. cap.* 74. *in Epiſt. ad Rom.* ,, Ne quis non integro animo, & pura dilectione ,, ſubditus fieret, non ſolum ad iram evadendam, ,, ſed ut in tua conſcientia certus ſis, illius dilectione te facere, cui ſubditus fueris juſſu Domini tui. Quod ſervis alio in loco ſuadet, ,, Non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus ,, placentes: ut ipſum quod ſubduntur Dominis ,, ſuis, non eos oderint, aut fallaciis promereri ,, deſiderent. *S. Hieronym. in Epiſt. ad Tit. cap.* 3. ,, Si bonum eſt quod præcipit, jubentis obſeque-

,, re

„ re voluntati: ſi vero malum & contra Deum
„ ſapit, reſponde ei: Obędire oportet Deo ma-
„ gis quam hominibus. Hoc de ſervis intelliga-
„ mus, de uxoribus, de filiis.

*Superſtiçaõ*: culto naõ devido, ou ſuperfluo; ou obſervancia vam, inutil, e perigoſa. *Deut.* 18. „ Nec invenietur in te qui luſtret filium ſuum
„ ducens per ignem: aut obſervet ſomnia, atque
„ auguria, nec ſit maleficus. *Iſai.* 44. Ego ſum
„ Dominus, irrita faciens ſigna divinorum. *Et*
„ *cap.* 47. Salvent te augures cœli, qui contem-
„ plabantur ſidera, & ſupputabant menſes, ut
„ ex eis annuntiarent ventura tibi. Ecce facti
„ ſunt quaſi ſtipula, ignis combuſſit eos. *Jer.*
„ 10. A' ſignis cœli nolite metuere, quæ ti-
„ ment gentes. *Matth.*23. Væ vobis duces cæci,
„ quia dicitis; Quicumque juraverit per templum,
„ nihil eſt: qui autem juraverit in auro templi,
„ debet *S. Aug. de Doct. Chriſt. lib.* 2. *cap.* 20.
„ Superſtitioſum eſt, quidquid inſtitutum eſt ad
„ facienda & colenda idola, pertinens vel ad
„ colendam ſicut Deum creaturam, partemve
„ ullam creaturæ, vel ad conſultationes, & pa-
„ cta quædam ſignificationum cum dæmonibus
„ placita. Ad hoc pertinent omnes ligaturæ atque
„ remedia, quæ medicorum quoque diſciplina
„ condemnat, ſive in præcantationibus, ſive in
„ quibuſdam notis, ſive in rebus ſuſpenden-
„ dis, atque illigandis; vel etiam aptandis,
„ non ad temperationem corporum, ſed ad
„ quaſdam ſignificationes aut occultas, aut
„ etiam manifeſtas. His adjunguntur millia
„ inaniſſimarum obſervationum, ſi membrum

„ ali-

,, aliquod ſalierit, ſi junctim ambulantibus ami-
,, cis lapis, aut canis, aut puer medius inter-
,, venerit::: limen calcare cum ante domum
,, ſuam tranſit; redire ad lectum, ſi quis dum ſe
,, calceat ſternutaverit; redire domum, ſi pro-
,, cedens offenderit.

*Suſpeita*: movida de leves fundamentos, ou ſem cauſa contra o proximo, he offenſa ſua, e de Deos. *Matth.* 7. ,, In quo judicio judicave-
,, ritis, judicabimini. *Rom.* 2. In quo enim ju-
,, dicas alterum, teipſum condemnas. 1. *Tim.*
,, 6. Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis
,, ſermonibus Domini, ſuperbus eſt, nihil ſci-
,, ens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas
,, verborum; ex quibus oriuntur invidiæ, con-
,, tentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ. *Ec-*
,, *cli.* 3. Multos ſupplantavit ſuſpicio., *Dan.* 6.
,, Nullam cauſam, & ſuſpicionem reperire potu-
,, erunt, eo quod fidelis eſſet, & omnis culpa &
,, ſuſpicio non inveniretur in eo. *S. Aug. ſer.*
,, 306. Pleraque mala generis humani non aliun-
,, de oriuntur, niſi de ſuſpicionibus falſis. Cre-
,, dis de homine quod oderit te, qui forte amat
,, te; & per pravam ſuſpicionem fis inimiciſſimus
,, amantiſſimo. *S. Bernard. ſer.* 40. *in Cant.* Cave
,, alienæ converſationis eſſe curioſus explorator,
,, aut timerarius judex. Etiamſi perperam actum
,, quid deprehendas, nec ſic judices proximum.
,, Excuſa intentionem, ſi opus non potes: puta
,, ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum.
,, Quod ſi omnem omnino diſſimulationem rei
,, certitudo recuſat, ſuade nihilominus ipſe tibi:
,, Vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa
fe-

,, feciſſet, ſi accepiſſet in me ſimiliter poteſta-
,, tem? *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 60. *art.* 4. Dicit
,, Gloſſa: Dubia in meliorem partem ſunt in-
,, terpretanda. Dubia indicia de malitia alte-
,, rius, ſemper ſunt in meliorem partem inter-
,, pretanda.

*Temeridade:* expor aos perigos ſem juſta cauza: preſumir de ſi mais, ou abuzar da miſericor-
,, dia. *Matth.* 10. Si perſecuti fuerint vos in una
,, civitate, fugite in aliam. *Eccli.* 5. De pro-
,, pitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque ad-
,, jicias peccatum ſuper peccatum. *Rom.* 2. An
,, divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longa-
,, nimitatis contemnis? ignoras quoniam beni-
,, gnitas Dei ad pœnitentiam te adducit? 2. *Reg.*
,, 6. Iratus indignatione Dominus conta Ozam,
,, percuſſit eum ſuper temeritate. *Eccleſ.* 5. Ne
,, temerè quid loquaris. *Eccli.* 9. Temerarius in
,, verbo ſuo odibilis erit. *Act.* 19. Oportet vos
,, ſedatos eſſe, & nihil temere agere. *S. Aug.*
,, *Epiſt.* 185. *cap.* 3. Quidam ſe trucidandos ar-
,, matis viatoribus ingerebant. Per abrupta præ-
,, cipitia, per aquas, & flammas occidere ſe-
,, ipſos quotidianus illis ludus fuit. Hæc mortis
,, genera diabolus docuit. Qui Salvatori ut de
,, pinna templi ſe præcipitaret (ſuggeſſit). Cu-
,, jus ſuggeſtionem à ſe utique prohiberent, ſi
,, Magiſtrum Chriſtum in corde portarent.

*Temor de Deos:* ſervil, mercenario, e filial, para naõ offender ao Senhor, que caſtiga ſeos inimigos, premeia ſeus ſervos, e he noſſo bom Pay. *Deut.*6. ,, Dominum Deum tuum timebis.
,, *Joſ.* 24. Timete Dominum, & ſervite ei cor-

de

„ de perfecto. *Luc.* 12. Oſtendam vobis quem
„ timeatis: timete eum, qui poſtquam occide-
„ rit, habet poteſtatem mittere in gehennam.
„ *Eccleſ.* 12. Deum time, & mandata ejus obſer-
„ va: hoc eſt enim omnis homo. *Eccli.* 27. Si
„ non in timore Domini tenueris te inſtanter,
„ citò ſubvertetur domus tua. *Prov.* 15. Per ti-
„ morem declinat omnis à malo. *Tob.* 4. Mul-
„ ta bona habebimus, ſi timuerimus Deum.
„ *Iſai.* 35. Timor Domini ipſe eſt theſaurus
„ ejus. *S. Aug. Epiſt.* 140. *cap.* 21. Perfecta ca-
„ ritas foras mittit timorem; ſed illum, quo-
„ cum ſe quiſque ab opere malo abſtinet, pœna
„ terretur: hunc caritas foras mittit, quam non
„ delectat iniquitas, etiamſi ponatur impunitas:
„ non illum quo timet anima ne amittat ipſam
„ gratiam; ſed quo timet ne Deus eam deſerat,
„ etiamſi nullis dolorum cruciatibus puniat. Hic
„ timor caſtus eſt; non eum caritas ejicit, ſed
„ adſciſcit. *S. Cyprian. de Lapſ.* Deus quantum
„ Patris pietate indulgens ſemper, & bonus eſt,
„ tantum judicis majeſtate metuendus eſt. *S. Gre-
„ gor. Moral. lib.* 6. *c.* 24. Anchora cordis eſt
„ pondus timoris. *S. Bernard. ſer.* 44. *ſuper
„ Cant.* In veritate didici, nihil eſſe æque efficax
„ ad gratiam Divinam promerendam, retinendam,
„ recuperandam, quam ſi omni tempore inveniа-
„ mur coram Deo non altè ſapere, ſed timere.

*Temperança*: amor inteiro, que por Deos ſe abſtem do que temporalmente deleita. *Eccli.* 31.
„ Utere quaſi homo frugi his, quæ tibi appo-
„ nuntur: ne cum manducas multum odio ha-
„ bearis. Ceſſa prior cauſa diſciplinæ. *Dan.* 1.
„ Pro-

„ Propoſuit Daniel in corde ſuo, ne pollueretur de menſa regis. *Luc.* 3. Nihil amplius, quàm quod conſtitutum eſt vobis, faciatis. 1, *Cor.* 7. Qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur. *Tit.* 2. Sobriè, & juſtè, & piè vivamus. 2. *Petr.* 5. Sobrii eſtote, & vigilate. *S. Aug. da Morib. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19. Temperantiam videamus, quæ nobis amoris illius, quo innectimur Deo, integritatem quandam & incorruptionem pollicetur. Munus enim ejus eſt in coercendis ſedandiſque cupiditatibus, quibus inhiamus in ea quæ nos avertunt à legibus Dei, & à fructu bonitatis ejus. *S. Ambroſ. de Offic. lib.* 1. *cap.* 43. Temperantia (eſt) in qua maximè tranquillitas animi, ſtudium manſuetudinis, moderationis gratia, honeſti cura, decoris conſideratio ſpectatur. *S. Bernard. de Conſid. lib.* 1. *c.* 8. Intemperantem cenſet tam eum qui neceſſariis pertinaciter demit, quam qui indulget ſuperfluis. Non eſt ergo Temperantia in ſolis reſecandis ſuperfluis, eſt & in admittendis neceſſariis.

*Templo:* caza de oraçaõ, Igreja, Capella: tambem ſe diz Templo de Deos, o Ceo, a alma juſta. *Matth.* 21. „ Domus mea, domus orationis vocabitur. *Pſal.* 25. Dilexi decorem domûs tuæ, & locum habitationis domûs tuæ. *Gen.* 28. Verè Dominus eſt in loco iſto: quam terribilis eſt locus iſte! Non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cœli. 2. *Par.* 6. Si deprecati te fuerint in loco iſto, dimitte peccata ſervis tuis: & doce eis viam bonam. *Iſai.* 56. Lætificabo eos in domo orationis meæ.

„ *Agg.*

,, *Agg.* 1. Reſpexiſtis ad amplius, & factum eſt
,, minus. Quia domus mea deſerta. 2. *Cor.* 6.
,, Vos eſtis Templum Dei vivi. *Apoc.* 11. Aper-
,, tum eſt Templum Dei in cœlo. *Et c.* 21.
,, Templum non vidi in ea, Dominus enim
,, Templum illius eſt. *S. Aug. quæſt. in Lev. lib.*
,, 3. *qu.* 57. Eccleſia dicitur locus, quo Eccleſia
,, congregatur. Nam Eccleſia homines ſunt, de
,, quibus dicitur, ut exhiberet ſibi glorioſam Ec-
,, cleſiam. Quotidianus loquendi uſus obtinuit,
,, ut in Eccleſiam prodire, aut ad Eccleſiam con-
,, fugere non dicatur, niſi qui ad domum ipſam,
,, parietesque prodierit. *Et ſer.* 23. Ipſe (homo)
,, ſit Templum, & ad illum veniet Deus. Non
,, anguſtum cor fidelis, cui anguſtum fuit Tem-
,, plum Salomonis.

*Tempo*: movimento de antes, e depois. *Eccleſ.*
3. ,, Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis
,, tranſeunt univerſa. *Deut.* 32. Adeſſe feſtinant
,, tempora. *Eccli.* 14. Non defrauderis à die bo-
,, no; & particula boni doni non te prætereat.
,, 2. *Cor.* 6. Ecce nunc tempus acceptabile. 1.
,, *Cor.* 7. Tempus breve eſt. *Thren.* 1. Vocavit
,, adverſum me tempus. *Jo.* 12. Ambulate, dum
,, lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehen-
,, dant. *Gal.* 6. Dum tempus habemus, ope-
,, remur bonum. *S. Hieronym. in c.* 14. *Eccli.*
,, Virtutes faciunt dies bonos, vitia malos. *S.*
,, *Aug. in Pſal.* 38. Momentis tranſvolantibus
,, cuncta rapiuntur, torrens rerum fluit. Iſti er-
,, go dies non ſunt: ante abeunt pœne, quam ve-
,, niant; & cum venerint, ſtare non poſſunt:
,, jungunt ſe, ſequuntur ſe, & non ſe tenent. Ni-
,, hil

,, hil de præterito revocatur : quod futurum eſt
,, tranſiturum expectatur ; nondum habetur,
,, dum non venit ; non tenetur, dum venerit.

*Tentaçaõ* : experiencia que de alguem ſe toma, para ver ſe he fiel, ou naõ. *Jacob.* 1. ,, Unuſ-
,, quiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtra-
,, ctus, & illectus. 1. *Cor.* 10. Tentatio vos non
,, apprehendat, niſi humana : fidelis eſt Deus,
,, qui non patietur vos tentari ſupra id quod
,, poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione pro-
,, ventum. *Luc.* 22. Satanas expetivit vos, ut
,, cribraret ſicut triticum ; ego autem rogavi pro
,, te. *Eccli.* 2. Accedens ad ſervitutem Dei, ſta
,, in timore, & præpara animam tuam ad tenta-
,, tionem. *Tob.* 12. Quia acceptus eras Deo, ne-
,, ceſſe fuit, ut tentatio probaret te. *Sap.* 3.
,, Deus tentavit eos, & invenit eos dignos ſe.
,, *S. Aug. in Pſal.* 114. Sint tentationes, ſint tri-
,, bulationes : conſummaris in eis, non confu-
,, meris. Aliquid tibi tollit, aliquid corrigit, ali-
,, quid complanat, aliquid mundat : agit quibuſ-
,, dam ferramentis ſuis ; ipſa ſunt ſcandala hu-
,, jus ſæculi ; tu tantum de manu artificis noli
,, cadere. Nihil tentationis accedet ultra vires
,, tuas. Hoc permittit Deus ad utilitatem tuam,
,, unde tu poſſis proficere. *S. Ambroſ. de Abrah.*
,, Diabolus tentat, ut ſubruat ; Deus ut coro-
,, net, & probet. *S. Gregor. Moral. lib* 21. *c.* 3.
,, Mentem nequaquam cogitatio immunda in-
,, quinat, dum pulſat, ſed cum hanc ſibi per
,, delectationem ſubjugat. *S. Jo. Chryſ. lib.* 1. *de*
,, *Provid.* Nullus eorum, qui Deo maximè ca-
,, ri, & acceptabiles fuerunt, ſine preſſuris vi-
,, xit.

*Terra:* morada dos homens, lugar de mizerias: toma-ſe pelos máos: e talvez em bom ſentido pela habitaçaõ dos Santos, e ſua firmeza em Deos. *Gen.* 1. ,, Terra erat inanis & vacua. Vocavit Deus aridam terram. Producat ,, terra herbam virentem. *Exod.* 3. Locus, in ,, quo ſtas, terra ſancta eſt. Vidi afflictionem ,, populi mei. Deſcendi ut liberem eum; & educam de terra illa in terram bonam & ſpatioſam, in terram quæ fluit lacte & melle. ,, *Jer.* 17. Recedentes à te in terra ſcribentur. ,, *Oſe.* 4. Non eſt ſcientia Dei in terra. Propter ,, hoc lugebit terra. *Jo.* 3. Qui eſt de terra, ,, de terra eſt, & de terra loquitur. *Et c.* 8. Digito ſcribebat in terra. *S. Aug. in Pſal.* 1. Ut ,, hæc terra viſibilis exteriorem hominem nutrit, ,, & continet; ita illa terra inviſibilis (ſtabilitas in Deo) interiorem hominem.

*Terremoto*: *Eccli.* 16. ,, Commovebuntur ,, montes ſimul, & fundamenta terræ, tremore ,, concutientur. Poſt hæc Deus in terram reſpexit, & implevit illam bonis ſuis. *Pſal.* 59. Pro ,, his qui immutabuntur. Commoviſti terram, ,, & conturbaſti eam. Sana contritiones ejus, ,, quia mota eſt. *Eſth.* 11. Apparuerunt voces, ,, & tumultus, & tonitrua, & terræmotus, & ,, conturbatio ſuper terram. *Zach.* 14. Conjungetur vallis montium uſque ad proximum: & ,, fugietis, ſicut fugiſtis à facie terræmotus. *Luc.* ,, 21. Terræmotus magni erunt. *Apoc.* 11. Factus eſt terræmotus magnus, & decima pars ,, civitatis cecidit: & occiſa ſunt in terræmotu ,, hominum ſeptem millia; & reliqui in timorem

,, miſſi

„ miſſi ſunt. *S. Aug. ſer.* 19. Cor noſtrum ibi „ ponamus, ubi putreſcere non poteſt ſæculari- „ bus curis. Tranſeunt iſta quæ occupant ho- „ mines; volant iſta; vapor eſt vita humana „ ſuper terram. Accedunt ipſius fragilis vitæ „ tanta & tam quotidiana pericula. Terræmo- „ tus magni de Orientalibus nuntiantur; non- „ nullæ magnæ repentinis collapſæ ſunt civita- „ tes. Territi apud Jeroſolymam qui inerant Ju- „ dæi, Pagani, Catechumeni, omnes ſunt ba- „ ptizati. Dicuntur fortaſſe baptizati ſeptem mil- „ lia hominum. Signum Chriſti in veſtibus Ju- „ dæorum baptizatorum apparuit. Sitifenſis etiam „ civitas graviſſimo terræmotu concuſſa eſt, ut „ omnes fere quinque dies in agris manerent, & „ ibi baptizata dicuntur fere duo millia homi- „ num. Undique Deus terret, quia non vult „ invenire quos damnet. *S. Jo. Chryſoſt. de Ter- „ ræm.* Præceſſit terræmotus iram Dei ante de- „ nuntians, ut timore meliores effecti, ſuppli- „ cium reipſa inferendum repellamus.

*Teſtamento*: diſpoziçaõ, contrato, ultima vontade. *Iſai.* 38. „ Diſpone domui tuæ, quia „ morieris tu, & non vives. *Eccli.* 14. Teſta- „ mentum hujus mundi morte morietur. Ante „ mortem benefac amico tuo, & ſecundum vi- „ res tuas exporrigens da pauperi. Aliis relin- „ ques labores tuos in diviſione ſortis. *Et c.* 33. „ Ne dederis maculam in gloria tua: & in tem- „ pore exitus tui diſtribue hæreditatem tuam. „ *Pſal.* 88. Diſpoſui teſtamentum electis. *Luc.* 22. „ Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater „ regnum. *Hebr.* 9. Ubi teſtamentum eſt, mors

,, neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum ,, enim in mortuis dedicatum eſt. *S. Aug. in* ,, *Pſal.* 82. Teſtamentum in ſcripturis non illud ,, ſolum dicitur, quod non valet niſi teſtatoribus mortuis; ſed omne pactum, & placitum ,, teſtamentum vocabant; nam Laban & Jacob ,, teſtamentum fecerunt, quod etiam inter vivos ,, valeret. *S. Carol. Borr. Act. Eccleſ. Mediol. p.* ,, 4. *Inſtr. Viſit. infirm.* Si morbus gravior, & ,, cum periculo fuerit, Parochus ægroto ſuadebit, ut dum integra mente eſt, rem omnem ,, ſuam recte conſtituat, & teſtamentum faciat. ,, In teſtamenti factione ſignificabit, quanti interſit, Religioſos homines doctrina & pietatis ,, uſu præſtantes adeſſe.

*Teſtemunha:* deve ſer ſincero, e verdadeiro. *Iſai.* 8. ,, Adhibui mihi teſtes fideles. *Jer.* 32. ,, Scripſi in libro, & ſignavi, & adhibui teſtes. ,, *Matth.* 18. In ore duorum vel trium teſtium ,, ſtet omne verbum. *Prov.* 14. Teſtis fidelis ,, non mentitur. Liberat animas teſtis fidelis. ,, *Apoc.* 2. Antipas teſtis meus fidelis occiſus eſt ,, apud vos. *S. Aug. Epiſt.* 147. Teſtibus vel teſtimoniis, quibus aliquid credendum eſſe ſuadetur, tibi credere vel non credere liceat, ,, quantum ea momenti ad faciendum fidem vel ,, habere, vel non habere perpenderis.

*Teſtemunho falſo. Exod.* 23. ,, Nec junges manum tuam ut impio dicas falſum teſtimonium. ,, *Prov.* 19. Teſtis falſus non erit impunitus. *Et* ,, *cap.* 11. Teſtis mendax peribit. *Matth.* 26. ,, Quærebant falſum teſtimonium contra Jeſum, ,, ut eum morti traderent: & non invenerunt,

,, cum

,, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. *Act.* 6. Stauerunt falſos teſtes, qui dicerent: Homo iſte
,, non ceſſat loqui verba adverſus locum ſan-
,, ctum, & legem. *S. Aug. ſer.* 117. Si falſum
,, teſtimonium dixero pro te, de lingua mea occi-
,, do me. *Et de Mendac. c.* 17. De falſo teſtimo-
,, nio nullo modo contendi poteſt, dilectionem
,, veritatis in corde ſervandam, & proferendum
,, falſum ad eum, apud quem dicitur teſtimo-
,, nium. *S. Thomas* 2. 2. *quæſt.* 7. *art.* 4. Fal-
,, ſum teſtimonium ferens, cum ſit perjurus, &
,, contra juſtitiam agens, & mentiens, peccat
,, mortaliter. *Concil. Arelat.* 1. *an.* 314. *Can.* 14. De
,, his qui falſo accuſant fratres ſuos, placuit eos
,, uſque ad exitum non communicare.

*Trabalho*: séria ocupaçaõ do animo, ou corpo. *Gen.* 2. ,, Tulit ergo Deus hominem, &
,, poſuit eum in Paradiſo voluptatis, ut opera-
,, retur, & cuſtodiret illum. *Sap.* 3. Bonorum
,, laborum glorioſus eſt fructus. *Prov.* 10. Ege-
,, ſtatem operata eſt manus remiſſa; manus au-
,, tem fortium divitias parat. *Job.* 5. Homo naſ-
,, citur ad laborem, & avis ad volatum. *Pſalm.*
,, 117. Labores manuum tuarum quia mandu-
,, cabis; beatus es, & bene tibi erit. *Luc.* 5.
,, Tota nocte laborantes nihil cepimus; in ver-
,, bo autem tuo laxabo rete. *Jo.* 4. Vos in la-
,, bores eorum introiſtis. 1. *Cor.* 15. Labor ve-
,, ſter non eſt inanis. *Apoc.* 14. Requieſcant à la-
,, boribus ſuis. *S. Aug. Epiſt.* 157. *n.* 38. Qui
,, divitum religioſis obſequiis aluntur, non da-
,, mnantur ab excellentioribus Chriſti membris,
,, qui maiori virtute, quam multum commen-
,, dat

„ dat Apoſtolus, ſuis ſe manibus tranſigunt. Ser-
„ vi Dei manuum ſuarum honeſtis laboribus
„ venditis vivunt. *Et in Pſal.* 93. Quanto labo-
„ re digna eſt requies quæ non habet finem.
„ Paucos annos laboras, & in ipſis laboribus non
„ deeſt conſolatio, non deſunt gaudia quotidia-
„ na. Sed noli gaudere in ſæculo, gaude in
„ Chriſto. *S. Baſil. Conſt. Monaſt. c.* 5. Chriſtus
„ prima ſua ætate labores corporis æquo animo
„ obediens toleravit.

*Tradiçaõ:* doutrina que paſſa de Pais a filhos, como de maõ em maõ. *Matth.* 10. „ Quod in
„ aure auditis, prædicate ſuper tecta. *Deut.* 6.
„ Narrabis ea filiis tuis. 1. *Cor.* 11. Ego enim
„ accepi à Domino, quod & tradidi vobis. 2.
„ *Theſ.* 2. Tenete traditiones, quas didiciſtis,
„ ſive per ſermonem, ſive per Epiſtolam no-
„ ſtram. 2. *Tim.* 2. Quæ audiſti à me per mul-
„ tos teſtes, hæc commenda fidelibus homini-
„ bus, qui idonei erunt & alios docere. *S. Jo.*
„ *Chryſ. hom.* 4. *in* 2. *ad Theſſ.* Hinc eſt perſpi-
„ cuum, quod non omnia tradiderunt per Epi-
„ ſtolam, ſed multa etiam ſine ſcriptis; & ea
„ ſunt fide digna. Eccleſiæ quoque traditionem
„ cenſeamus eſſe fide dignam. Eſt traditio: ni-
„ hil quæras amplius. *S. Aug. lib.* 2. *contra Ju-*
„ *lian. c.* 10. Quod invenerunt in Eccleſia, te-
„ nuerunt; quod didicerunt, docuerunt; quod
„ à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt.
„ *S. Baſil. de Spirit. Sanct. c.* 7. Dogmata & in-
„ ſtituta quæ in Eccleſia prædicantur, quædam
„ habemus è doctrina ſcripto prodita, quædam
„ ex Apoſtolorum traditione in myſterio, id eſt,
„ in

„ in occulto tradita recepimus. *S. Hieronym. ad-*
„ *verſ. Lucifer.* Etiamſi ſcripturæ auctoritas non
„ ſubeſſet, totius orbis conſenſus inſtar præce-
„ pti obtineret: nam & multa alia quæ per tra-
„ ditionem in Eccleſiis obſervantur, auctorita-
„ tem ſibi ſcriptæ legis uſurpaverunt.

*Triſteza*: afflicaõ; ſendo com exceſſo, e por couzas temporaes, he nociva. *Eccli.* 38. „ A' „ triſtitia feſtinat mors, & cooperit virtutem, & „ triſtitia cordis flectit cervicem. Ne dederis in „ triſtitia cor tuum, ſed repelle eam à te. 1. „ *Mach.* 6. Incidit in languorem præ triſtitia. „ Ecce pereo triſtitia magna. *Luc.* 22. Invenit „ eos dormientes præ triſtitia. 2. *Cor.* 7. Quæ „ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in „ ſalutem operatur: ſæculi autem triſtitia mor- „ tem operatur. 1. *Petr.* 2. Hæc eſt gratia, ſi „ propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtiti- „ as. *Jacob.* 5. Triſtatur aliquis veſtrum? oret. „ *S. Aug. in Pſal.* 56. Melior eſt triſtitia iniqua „ patientis, quam lætitia iniqua facientis. *Et in* „ *Pſal.* 42. Dolor animæ triſtitia dicitur. *Et in* „ *Pſal.* 87. Humanæ infirmitatis affectus Domi- „ nus non conditionis neceſſitate, ſed miſeratio- „ nis voluntate ſuſcepit, ut transfiguraret in ſe „ membra ſua, in Sanctis ſuis: ut ſi cui eorum „ inter humanas tentationes conſtriſtari, & do- „ lere contigerit, non ideo ſe ab ejus gratia „ putaret alienum. *S. Leo Magn. hom. in feſt.* „ *Omn. Ss.* Luctus hic, cui conſolatio æterna „ promittitur, non eſt cum mundi hujus affe- „ ctione communis, nec beatum quemquam fa- „ ciunt iſta lamenta, quæ totius humani generis

„ deplo-

,, deploratione funduntur. Alia eſt ratio Sanctorum gemituum. Religioſa triſtitia aut alienum peccatum luget, aut proprium. Nec de hoc dolet quod divina juſtitia agitur, ſed de eo mœret, quod humana iniquitate committitur.

*Trovoada*: tempeſtade. *Exod*. 9. ,, Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac diſcurrentia fulgura ſuper terram. Grando & ignis miſta pariter ferebantur: & percuſſit cuncta quæ fuerunt in agris. *Job*. 38. Numquid ingreſſus es theſauros nivis, aut theſauros grandinis aſpexiſti? Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui? Numquid mittes fulgura, & ibunt, & reverentia dicent tibi: Adſumus? *Eccli*. 43. Imperio ſuo acceleravit nivem, & accelerat coruſcationes emittere. Aperti ſunt theſauri, evolaverunt nebulæ ſicut aves. In magnitudine ſua poſuit nubes, & confracti ſunt lapides grandinis. Vox tonitrui ejus verberabit terram. In ſermone ejus ſiluit ventus. *Iſai*. 29. Eritque repente, confeſtim. A' Domino exercituum viſitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis, & tempeſtatis, & flammæ ignis devorantis. *Matth*. 14. Videns ventum validum timuit: & cum cœpiſſet mergi, clamavit, dicens: Domine ſalvum me fac. *Apoc*. 8. Miſit in terram, & facta ſunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus magnus. *S. Aug. locut. in Exod. lib*. 2. *n*. 48. Notandum, ſcripturam voces ſolere appellare tonitrua, quas voces Dei etiam Pharao appellavit. *Et ſer*. 75. Eccleſia fluctuat, & quatitur tempeſta-

„ ſtatibus tentationum ; & non quieſcit adver-
„ ſans ei diabolus , & impedire nititur ne per-
„ veniat ad quietem. Sed maior eſt qui inter-
„ pellat pro nobis. *S. Gregor. Magn. lib.* 2. *in*
„ *Exod. c.* 16. Exhibitæ cœlitus plagæ , exigen-
„ tibus meritis ſemel illatæ ſunt , ſed quæ mala
„ pravas mentes quotidie feriant , ſpiritualiter
„ ſignaverunt. Ægyptus plagis affecta eſt , in
„ quibus exteriore percuſſione commota , do-
„ lenſque perpenderet , quæ devaſtationis damna
„ interius negligens toleraret.

*Vaidade* : naõ tem utilidade , antes he nociva. Deut. 32. *Irritaverunt me in vanitatibus ſuis.* Eccleſ. 1. *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Pſal. 118. *Averte oculos meos ne videant vanitatem.* Iſai. 24. *Attrita eſt civitas vanitatis.* Jer. 2. *Ambulaverunt poſt vanitatem.* Marc. 4. *Ærumnæ ſæculi , & deceptio divitiarum , & circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes ſuffocant verbum , & ſine fructu efficitur.* S. Aug. de quant. anim. c. 33. *Vanitas eſt fallacia , vanitantes falſi , vel fallentes.* Et de vera Relig. c. 20. *Perverſitate animæ quæ contingit peccato , atque ſupplicio , ſi omnis natura corporea illud , quod per Salomonem dicitur : vanitas vanitantium.* Et Epiſt. 203. *Vana ſæculi hujus , ſi inexperta concupiſti , experta contemnas. Fallax eſt in eis ſuavitas , & infructuoſus labor , & perpetuus timor , & periculoſa ſublimitas. Initium ſine providentia , & finis cum pœnitentia.*

*Vamgloria* : dezejo de honra , e louvor : Matth. 23. *Omnia opera ſua faciunt , ut videantur ab hominibus.* Et c. 6. *Attendite ne juſtitiam ve-*

*veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum.* Gal. 2. *Segregabat ſe, timens eos: ſimulationi ejus conſenſerunt cæteri Judæi.* Gal. 1. *Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem.* Act. 12. *Videns quia placeret Judæis, appoſuit ut apprehenderet & Petrum. ::: Herodes veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat, Dei voces, & non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo: & conſumptus à vermibus expiravit.* Jo. 12. *Dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam Dei.* 2. Reg. 15. *Videntur mihi ſermones tui boni: & ſolicitabat corda virorum Iſrael.* S. Aug. in Pſ. 7. *Qui expertus eſt vitiorum ſuperandorum gradus, intelligit hoc vitium inanis gloriæ, vel ſolum, vel maxime cavendum eſſe perfectis. Quo primo enim vitio lapſa eſt anima, hoc ultimum vincit.* S. Gregor. Moral. lib. 8. c. 28. *Qui pro virtute jam agit, humanos favores deſiderat, rem magni meriti vili pretio venalem portat. Unde cœli regnum merere potuit, inde nummum tranſitorii ſermonis quærit.*

*Velho:* nome de idade, dignidade, & reſpeito. *Lev.* 19. „ Coram cano capite conſurge. „ *Sap.* 4. Cani autem ſunt ſenſus hominis. 2. „ *Mach.* 2. Cœpit cogitare ætatis, ac ſenectutis „ ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque à puero optimæ converſationis actus. ::: Quamobrem fortiter vita excedendo, ſenectute quidem dignus apparebo. „ *Luc.* 7. Miſit ad eum ſeniores Judæorum, rogans

„ gans eum, ut veniret, & ſalvaret ſervum ejus.
„ 1. *Tim.* 5. Seniorem ne increpaveris, ſed ob-
„ ſecra ut patrem. 1. *Petr.* 5. Subditi eſtote ſe-
„ nioribus. *S. Aug. tr.* 32. *in Jo.* Si ſenex eris,
„ pulcher non eris: quando ſenectus venerit,
„ pulchritudo fugiet; & in uno habitare non
„ poſſunt vigor pulchritudinis, & gemitus ſene-
„ ctutis. *Et ſer.* 81. Querelæ multæ in ſenectu-
„ te, tuſſis, pituita, lippitudo, anxietudo, laſſi-
„ tudo ineſt. Ergo ſenuit homo; querelis plenus
„ eſt: ſenuit mundus; preſſuris plenus eſt.

*Verdade:* manifeſtar nas palavras o que ſe entende no coraçaõ: Deos he verdade; em verdade devemos andar com Deos, e com os homens. *Tob.* 14. „ Servito Domino in veritate. *Eſth.* 9.
„ Miſerunt ad omnes Judæos, ut haberent pa-
„ cem, & ſuſciperent veritatem. *Prov.* 12. La-
„ bium veritatis firmum erit. *Eccli.* 4. Non con-
„ tradicas verbo veritatis ullo modo. *Et c.* 5.
„ Eſto firmus in via Domini, & in veritate
„ ſenſus tui, & proſequatur te verbum pacis, &
„ juſtitiæ. *Iſai.* 26. Aperite portas, & ingredia-
„ tur gens juſta, cuſtodiens veritatem. *Ezech.*
„ 18. Si in præceptis meis ambulaverit, & judi-
„ cia mea cuſtodierit, ut faciat veritatem: hic
„ juſtus eſt, vita vivet. *Zach.* 8. Vocabitur Je-
„ ruſalem, civitas veritatis. Loquimini verita-
„ tem unuſquiſque cum proximo ſuo. Verita-
„ tem & judicium pacis judicate. Veritatem & pa-
„ cem diligite. *Malach.* 2. Lex veritatis fuit in
„ ore ejus, & iniquitas non eſt inventa in labiis
„ ejus: & multos avertit ab iniquitate. *Jo.* 8.
„ Veritas liberabit vos. *Et c.* 14. Ego ſum via, &
„veri-

,, veritas, & vita. *Et c.* 17. Sanctifica eos in ,, veritate. Sermo tuus, veritas eſt. *S. Aug. in* ,, *Epiſt. ad Gal. c.* 1. Veritas propter ſeipſam di- ,, ligenda, non propter hominem. Qui propter ,, annuntiatores diligit eam, poteſt etiam men- ,, dacia diligere, ſi qua forte ipſi ſua protulerint. ,, *Et in Pſal.* 25. *en.* 2. Ne quiſquam cogitet, ,, cum Chriſtiano loquendam veritatem, & cum ,, pagano mendacium. Cum proximo tuo loque- ,, re. Omnes proximi ſumus conditione terrenæ ,, nativitatis. Proximum debes putare omnem ho- ,, minem, & antequam ſit Chriſtianus. *S. Tho-* ,, *mas* 2. 2. *qu.* 109. *art.* 3. Virtus veritatis ,, convenit cum juſtitia in hoc quod ad alterum, ,, in quantum quæ circa ipſum ſunt, unus homo ,, alteri manifeſtat. Alio modo, in quantum ,, juſtitia æqualitatem quamdam in rebus con- ,, ſtituit, & hoc etiam facit virtus veritatis.

*Vicio*: depravidade do animo, propenſaõ contra a virtude: defeito do corpo. *Deut.* 17. ,, Non ,, immolabis ovem, & bovem, in quo eſt macula, ,, aut quippiam vitii: quia abominatio eſt Do- ,, mino. *Job.* 20. Oſſa ejus implebuntur vitiis ,, adoleſcentiæ ejus, & cum eo in pulvere dormi- ,, ent. *Eccli.* 7. Non eſt homo juſtus in terra, ,, qui faciat bonum, & non peccet. *Marc.* 10. ,, Nemo bonus niſi ſolus Deus. *Jer.* 2. A' ſæculo ,, confregiſti jugum meum: dixiſti; Non ſervi- ,, am. *S. Hieronym. Dialog. adv. Pelagian. lib.* ,, 1. Eccleſia etiam ea quæ per ignorantiam de- ,, linquimus, & ſola cogitatione peccamus, de- ,, licta eſſe fatetur. *S. Aug. ſer.* 30. Si ſunt deſi- ,, deria, non eis obediatur, ne iniquitas domi-

ne-

„ netur. *Et lib.* 2. *Confeſſ. c.* 9. Furtum facere
„ volui & feci, nulla compulſus egeſtate ac pe-
„ nuria, ſed faſtidio juſtitiæ, & ſagina iniqui-
„ tatis.

*Vida*: temporal, eſpiritual, eterna: do corpo, da graça, e da gloria. *Gen.* 2. „ Factus eſt homo
„ in animam viventem. *Et c.* 17. Ambula co-
„ ram me, & eſto perfectus. *Lev.* 20. Cuſtodite
„ leges meas, atque judicia, & facite ea: ne &
„ vos évomat terra. *Eccleſ.* 7. Quid neceſſe eſt
„ homini maiora ſe quærere, cum ignoret quid
„ conducat ſibi in vita ſua, numero dierum per-
„ egrinationis ſuæ, & tempore quod velut um-
„ bra præterit? *Sap.* 2. Exiguum eſt, & cum
„ tædio tempus vitæ noſtræ. *Et c.* 5. Tranſie-
„ runt omnia tamquam umbra, tamquam nun-
„ tius præcurrens, tamquam navis ::: avis quæ
„ transvolat in aere ::: ſagitta emiſſa. *Matth.* 4.
„ Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni
„ verbo, quod procedit de ore Dei. *Jo.* 6. Pa-
„ nis Dei eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat
„ vitam mundo. *Et c.* 17. Hæc eſt vita æterna,
„ ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem
„ miſiſti Jeſum Chriſtum. *Epheſ.* 5. Videte quo-
„ modo caute ambuletis, redimentes tempus,
„ quoniam dies mali ſunt. *S. Aug. ſer.* 17. Vita
„ humana tota brevis eſt. Quotidie moriuntur
„ homines, & qui vivunt, deducunt illos, & vi-
„ tam ſibi promittunt. Nemo dicit, Corrigam
„ me, ne cras hoc ſim quod iſte quem deduxi.
„ Placent vobis verba, ego quæro facta. Nolite
„ me contriſtare pravis moribus veſtris: quia de-
„ lectatio mea non eſt in hac vita, niſi veſtra bo-
„ na vita.

*Vi-*

*Vigilancia:* eſtar attento em boas obras, eſperando ao Senhor. *Prov.* 8. „ Qui mane vigi-
„ lant ad me, invenient me. Beatus qui vigilat
„ ad fores meas quotidie. *Marc.* 13, Videte, vi-
„ gilate, & orate: neſcitis enim quando tem-
„ pus ſit. Quod vobis dico, omnibus dico, Vi-
„ gilate. 1. *Cor.* 16. Vigilate, ſtate in fide, viri-
„ liter agite. 1. *Petr.* 4. Vigilate in orationibus,
„ *Apoc.* 3. Eſto vigilans, & confirma cætera,
„ quæ moritura erant. *S. Aug. in Pſal.* 120. Do-
„ cemur adſcendere in corde, in affectu bono,
„ in fide, ſpe, & caritate, in deſiderio perpetui-
„ tatis & vitæ æternæ. Semper vigila; ut, quia
„ neſcis quando veniat, paratum te inveniat,
„ cum venerit.

*Vingança* das injurias: fica reſervada a Deos; o homem deve perdoar. *Matth.* 6. „ Si dimiſe-
„ ritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis
„ Pater veſter cœleſtis delicta veſtra: ſi autem
„ non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter di-
„ mittet vobis. *Epheſ.* 4. Eſtote invicem beni-
„ gni, miſericordes, donantes invicem, ſicut &
„ Deus in Chriſto donavit vobis. *Col.* 3. Suppor-
„ tantes invicem, & donantes vobismetipſis,
„ ſi quis adverſus aliquem habet querelam. *Eccli.*
„ 28. Memorare timorem Dei, & non iraſcaris
„ proximo: deſpice ignorantiam proximi. *Deut.*
„ 32. Mea eſt ultio, & ego retribuam in tem-
„ pore. *S. Aug. ſer.* 123. Ut velint homines vin-
„ dicari quando læduntur, ſuperbia facit. Cum
„ humiliari dedignantur, vindicari volunt: quaſi
„ pœna cuique prodeſſe poſſit aliena. Læſus, &
„ injuriam paſſus, vindicari vult: de aliena pœ-

na

,, na ſibi quærit medicamentum, & adquirit ,, grande tormentum, *S. Ambroſ. in Luc. lib.* 5. *n.* ,, 73. Lex viciſſitudinem imperat ultionis ; Euan- ,, gelium inimicitiis caritatem, benignitatem odiis, ,, vota maledictis, ſubſidia perſequentibus, pati- ,, entiam eſurientibus, & gratiam remuneratio- ,, nis impertit. Quanto athleta perfectior qui non ,, ſentit injuriam ? *S. Thomas* 2. 2. *qu.* 108. *art.* ,, 1. Vindicatio orta ex animi quodam livore ,, contra peccantem, illicita eſt: non autem ſi ,, procedat ex caritate.

*Virgindade*: pureza de corpo, e alma. *Jer.* 3. ,, Dux virginitatis meæ tu es. *Joel.* 1. Quaſi ,, virgo accincta ſacco. 2. *Mach.* 3. Virgines, ,, quæ concluſæ erant, procurrebant ad Oniam. ,, *Matth.* 25. Simile erit regnum cœlorum de- ,, cem virginibus. 1. *Cor.* 7. Virgo cogitat quæ ,, Domini ſunt. *Apoc.* 14. Virgines ſequuntur ,, Agnum. *S. Aug.* 93. Qui ſe abſtinet ab illici- ,, to viſu, ab illicito auditu, ab illicito odoratu, ,, ab illicito guſtu, ab illicito tactu, propter ,, ipſam integritatem, virginis nomen accipit. ,, Parum eſt quia Virgines ſunt ; & lampades ha- ,, bent. Virgines propter abſtinentiam ab illicitis ,, ſenſibus ; lampades habent propter opera bona.

*Virtude*: dom de Deos, para conhecer, e cumprir ſeos preceitos. *Ruth.* 4. ,, Sit in exem- ,, plum virtutis ; & habeat celebre nomen. 2. ,, *Par.* 9. Viciſti famam virtutibus tuis. *Sap.* 1. ,, Probata virtus corripit inſipientes. *Et c.* 5. ,, Virtutis nullum ſignum valuimus oſtendere. ,, *Eccli.* 44. Homines magni virtute. 2. *Mach.* ,, 3. Juvenes virtute decori. *Luc.* 6. Virtus de ,, illo

„ illo exibat. *Act.* 1. Accipietis virtutem ſuper-
„ venientis Spiritus. 2. *Cor.* 12. Virtus in infir-
„ mitate perficitur. *S. Aug. de Civit. lib.* 22. *c.*
„ 24. Artes bene vivendi, & ad immortalem
„ perveniendi felicitatem, quæ virtutes vocantur,
„ & ſola Dei gratia, quæ in Chriſto eſt, filiis pro-
„ miſſionis, regnique donantur.

*Viuvez*: nella ſe deve ſervir mais a Deos, perdidos outros affectos. *Luc.* 3. „ Hæc vidua
„ non diſcedebat de templo, jejuniis, & obſecra-
„ tionibus ſerviens, die ac nocte. *Judith.* 8.
„ Relicta vidua fecit ſibi ſecretum cubiculum,
„ in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur. Et
„ habens cilicium, jejunabat omnibus diebus,
„ præter ſabbata, & feſta. 1. *Tim.* 5. Quæ vere
„ vidua eſt, & deſolata, ſperet in Deum, & in-
„ ſtet obſecrationibus ::: quæ in deliciis eſt, vi-
„ vens mortua eſt. 3. *Reg.* 17. Præcepi enim
„ mulieri viduæ ut paſcat te. *S. Hieronym. Epiſt.*
„ 96. Noſtra vidua talibus uſa eſt veſtibus, qui-
„ bus arceret frigus, non membra nudaret. Au-
„ rum uſque ad anuli ſignaculum repudians, &
„ magis in ventribus egenorum, quam in mar-
„ ſupiis recondens. Nullum vidit abſque arbi-
„ tris. Semper in comitatu ſuo virgines ac vi-
„ duas & ipſas graves fœminas habuit. Divina-
„ rum ſcripturarum ardor erat incredibilis. Mo-
„ derata ei jejunia, carnium abſtinentia. *S. Au-*
„ *guſt. de bono viduit. c.* 21. Deliciæ ſpirituales
„ deliciis carnalibus in ſancta caſtitate ſuccedant,
„ lectio, oratio, Pſalmus, bona cogitatio, bono-
„ rum operum frequentatio, ſpes futuri ſæculi,
„ cor ſurſum. Abſit à vobis ut divitiarum cupi-
„ di-

„ ditate capiamini pro cupiditate nuptiarum, & „ in cordibus veſtris nummus viri amori ſuccedat. *S. Ambroſ. de Vid. c.* 4. Vides qualis vidua „ prædicetur, vivida religioſa, & effœta jam corpore: cui diverſorium in templo, colloquium „ in prece, vita in jejunio. *S. Jo. Chryſ. hom.* 7. „ *in Epiſt.* 1. *ad Tim.* Vis noſcere quæ ſit viduitas, & quod viduitatis inſigne? Audi Apoſtolum: Si filios, inquit, educavit ::: ſi omne „ opus bonum ſubſecuta eſt. Nam ſi mortuo viro „ ingentem opum præferas faſtum, viduitatem „ congrue non fers. Transfer in cœlum divitias „ tuas, & erit tibi tolerabile viduitatis onus. „ *S. Bernard. Epiſt.* 289. Memento viduam, „ cui jam non eſt quod velit placere viro, ut ſoli „ poſſit placere Deo. Beata es ſi Salvatorem ponas tibi murum ad protectionem conſcientiæ, „ & antemurale ad repulſionem infamiæ; & ſi „ veluti deſolatam & viduam totam te Deo regendam commiſeris.

*Unçaõ extrema*: Sacramento que fortalece na ultima hora, tirados os reſaibos do peccado. Marc. 6. *Ungebat oleo multos ægrotos, & ſanabantur.* Jacob. 5. *Inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſalvabit infirmum.* Eccli. 38. *Unctiones conficiet ſanitatis.* 1. Jo. 2. *Vos Unctionem habetis à Sancto. Unctionem quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis. Unctio ejus docet vos de omnibus.* S. Innocent. Pap. Epiſt. 1. *De fidelibus ægrotantibus intelligi (debet) qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt.* S. Aug. tr. 3. in Jo. *Unctionis ſacramentum eſt, virtus ipſa inviſibilis. Un-*

*ctio inviſibilis Spiritus Sanctus.* Et in Pſal. 26. en. 2. *Ungimur modo in ſacramento, & ſacramento ipſo præfiguratur quiddam quod futuri ſumus.*

*Vocação*: diſpozição da providencia divina, que deſtina cada hum a ſeo eſtado, Eccleſiaſtico, ou ſecular. *Jo.* 14. „ Non turbetur cor veſtrum: in domo Patris mei manſiones multæ „ ſunt. 1. *Cor.* 7. Unuſquiſque in qua vocatione „ vocatus eſt, in ea permaneat. *Epheſ.* 4. Obſecro, ut digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis. 2. *Petr.* 1. Magis ſatagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem faciatis. „ *Prov.* 1. Quia vocavi, & renuiſtis ::: ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo. „ *S. Aug. in Pſal.* 40. *ſer.* 2. Ille vocat, nos reſpondemus; non voce, ſed vita. Si enim vocat „ te Deus, & præcipit ut bene vivas, & tu male vivis, vocationi ejus non reſpondes, nec „ laus ejus reſpondet ei de te: quia ſic vivis, ut „ ille non laudetur, ſed potius blaſphemetur per „ te. Cum autem ſic vivimus, ut per nos laudetur Deus, reſpondet ei laus ejus. *S. Hieronym.* „ *Epiſt.* 13. Non Jeroſolymis fuiſſe, ſed Jeroſolymis bene vixiſſe laudabile eſt. Singuli credentium non locorum diverſitatibus, ſed fidei „ merito ponderantur.

*Vontade* propria: ſe eſtá ſujeita a Deos, he de louvor; ſe de Deos ſe aparta, cauza os maiores males. *Jo.* 5. „ Non quæro voluntatem meam, ſed ejus qui miſit me. *Gen.* 4. Sub te erit „ appetitus ejus, & tu dominaberis illius. *Iſai.* „ 58. Quare jejunavimus, & non aſpexiſti? „ Ecce in die jejunii veſtri invenitur voluntas ve-

„ ſtra.

,, ſtra. *Epheſ.* 2. In quibus nos aliquando con-
,, verſati ſumus in deſideriis carnis noſtræ, faci-
,, entes voluntatem carnis & cogitationum. 1.
,, *Mach.* 3. Sicut fuerit voluntas in cœlo, ſic
,, fiat. *S. Aug. de duab. anim. c.* 10. Voluntas eſt
,, animi motus, cogente nullo, ad aliquid vel
,, non amittendum, vel adipiſcendum. *Et in Pſ.*
,, 5. Bona voluntas Dei præcedit bonam volun-
,, tatem noſtram, ut peccatores vocet in pœni-
,, tentiam.

*Voto:* promeſſa deliberada feita a Deos, do melhor bem. *Num.* 30. ,, Siquis votum Domino
,, voverit, aut ſe conſtrinxerit juramento, non
,, faciet irritum verbum ſuum: ſed omne quod
,, promiſit implebit. *Deut.* 23. Cum voveris Do-
,, mino, non tardabis reddere, quia requiret il-
,, lud Dominus: & ſi moratus fueris, reputabi-
,, tur tibi in peccatum. *Prov.* 20. Ruina eſt ho-
,, mini devorare Sanctos, & poſt votum retra-
,, ctare. *Eccleſ.* 5. Si quid voviſti Deo, ne more-
,, ris reddere; diſplicet enim ei infidelis & ſtulta
,, promiſſio. *Pſal.* 49. Immola Deo ſacrificium
,, laudis, & redde Altiſſimo vota tua. *Luc.* 9.
,, Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpi-
,, ciens retro, aptus eſt regno Dei. *S. Aug. in*
,, *Pſal.* 85. Quiſque modo vovere voluerit, vo-
,, veat: illud adtendat, ut quod voverit reddat.
,, *Et Epiſt.* 126. Cures reddendum quod ei te
,, voviſſe noſti, qui & debita exigit, & promiſſa
,, perſolvit. *S. Bernard. Epiſt.* 48. Non te voviſ-
,, ſe pœniteat, imo gaude jam tibi non licere,
,, quod cum tuo detrimento licuiſſet. Aggredere
,, itaque intrepidus, & dicta factis imple: ipſe

„ adjuvabit, qui vota noſtra expetit.

*Uzura*: lucro do empreſtimo. *Exod.* 12. „ Si
„ pecuniam mutuã dederis populo meo, non ur-
„ gebis eum quaſi exactor, nec uſuris opprimes.
„ *Lev.*25. Pecuniam tuam non dabis ad uſuram.
„ *Deut.* 23. Non fœnerabis fratri tuo ad uſuram
„ pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam
„ rem. *Pſal.* 14. Quis habitabit in tabernaculo
„ tuo? qui pecuniam ſuam non dedit ad uſu-
„ ram. *Prov.* 28. Qui coacervat divitias uſuris
„ & fœnore. *Jer.* 15. Non fœneravi, nec fœ-
„ neravit mihi quiſquam. *Ezech.* 18. Si ad uſu-
„ ram non commodaverit, & amplius non acce-
„ perit; vita vivet. *Luc.* 6. Mutuum date, ni-
„ hil inde ſperantes. *S. Aug. in Pſal.* 128. Au-
„ dent fœneratores dicere Non habeo aliud unde
„ vivam. Hoc mihi & latro diceret, deprehen-
„ ſus in fraude. Hoc & leno emens puellas ad
„ proſtitutionem. Hoc & maleficus, intentans
„ mala, & vendens malitiam ſuam. *S. Gregor.*
„ *Nyſſ. Epiſt. ad Letojum.* Apud divinam Scri-
„ pturam & fœnus, & uſura ſunt prohibita, &
„ per quandam potentiam ad ſuam poſſeſſionem
„ aliena traducere, etiamſi ſub contractus, aut
„ tranſactionis ſpecie hoc fortaſſe factum ſit. *S.*
„ *Ambroſ. de Nabuth. c.* 10. Contriſtantur ſi alie-
„ na non rapiant: renuntiant cibo, jejunant,
„ non ut peccatum minuant, ſed ut crimen ad-
„ mittant. Et tu ad Eccleſiam venis, non ut
„ aliquid largiaris pauperi, ſed ut auferas. Quid
„ tibi vis cum libro, & carta, & ſignaculo, &
„ conſcriptione, & vinculo juris? Non audiſti:
„ Solve omnem colligationem injuſtitiæ ::: Tu

„ mi-

„ mihi tabulas offers, ego tibi recito Dei legem:
„ tu atramento ſcribis, ego tibi ſpiritu Dei in-
„ ſcripta repeto oracula: tu teſtimonia falſa com-
„ ponis, ego teſtimonium conſcientiæ tuæ poſco.
„ Dominus dicit: Frange eſurienti panem tuum.
„ Tu dicis: Tollam pauperibus domum ſuam.
„ *S. Jo. Chryſ. hom.* 56. *in Matth.* Vide Prophe-
„ tæ ſapientiam. Omnem ſyngrapham injuſtam
„ diſcerpe; fœnorum, & uſurarum reſcripta ſic
„ appellans. Nec mihi externas leges objicias.
„ Pecuniam juſtis partam laboribus ſæpe reddis
„ iniquam ob iniquos fœtus. An non multæ ſunt
„ juſtæ negotiationes agrorum, gregum? :::
„ Tu pluſquam dediſti flagitas &c.

*Zelo* da gloria de Deos, e ſalvaçaõ das almas. *Gen.* 9. „ De manu fratris ejus requiram
„ animam hominis. 3. *Reg.* 19. Zelo zelatus
„ ſum pro Domino Deo exercituum, quia dere-
„ liquerunt pactum tuum filii Iſrael. *Pſal.* 68.
„ Zelus domus tuæ comedit me. *Pſal.* 78. Ac-
„ cenſus eſt velut ignis zelus meus. *Eccli.* 17.
„ Mandavit illis, unicuique de proximo ſuo.
„ *Ezech.* 23. Ponam zelum meum in te. *Rom.*
„ 9. Optabam anathema eſſe à Chriſto pro fra-
„ tribus meis. 2. *Cor.* 5. Charitas Chriſti urget
„ nos. 1. *Theſſ.* 2. Cupide volebamus tradere
„ vobis non ſolum Euangelium, ſed etiam ani-
„ mas noſtras: quoniam cariſſimi nobis facti
„ eſtis. *Matth.* 9. Rogate Dominum meſſis, ut
„ mittat operarios in meſſem ſuam. *S. Aug. de*
„ *Doctr. Chriſt. lib.* 4. *c.* 15. Munus ſuum ut
„ præſtet Apoſtolus, magis opus eſt pietate ora-
„ tionum, quam oratoris facultate; ut orando
„ pro

„ pro ſe, & pro illis ad quos eſt allocuturus, „ prius ſit orator quam doctor. *S. Ambroſ.* „ *in Pſal.* 118. *ſer.* 18. Zelum habere de„ bet Sacerdos, qui incorruptam ſervare ſtudet „ Eccleſiæ caſtitatem. Zelus Dei gratia eſt, qui „ exquirit, qui ſupervenit, qui ſe juſti infundit „ pectori. Zelus Dei vita eſt. Zelo Dei popu„ lus gentilium vitam ſibi adquiſivit æternam, „ quam negligentia atque deſidia Judæorum po„ pulus amiſit. *S. Jo. Chryſ. hom.3. in Gen.* Ni„ hil ita gratum Deo, & ita curæ, ut anima„ rum ſalus; ſicut clamat Paulus: Qui vult „ omnes homines ſalvos fieri, ::: & Deus ipſe „ ait: Nolo mortem peccatoris, ſed ut conver„ tatur, & vivat. Talem igitur habentes Domi„ num, tam miſericordem, tum noſtræ, tum „ fratrum noſtrorum curam geramus; nam & „ hoc noſtræ ſalutis argumentum erit. *S. Greg.* „ *Magn. hom. 12. in Ezech.* Spiritualis zelus Do„ ctoris animam frigit, quia valde cruciatur „ dum infirmos quoſque æterna deſerere, & re„ bus temporalibus delectari conſpicit. Paulus „ cum zelo animarum cruciatus dicebat: Quis „ infirmatur, & ego non infirmor? ::: Sed virtu„ tum aliméta præparabat ex ſua afflicta cogita„ tione ::: Tunc ſimila in ſartagine frigitur, „ cum munda mens juſti per zeli ſancti ardo„ rem crematur, quæ conſpergi oleo præcipi„ tur, ideſt, claritatis miſericordiæ miſceri: quia „ ſancti zeli diſtrictio neceſſe eſt ut ex miſeri„ cordiæ virtute & ardeat, & clareſcat.

FIM.

## *Erros.* *Emendas.*

| Pag. | Lin. | Erros | Emendas |
|---|---|---|---|
| 115. | 24. | Afralaõ | Abſalaõ |
| 147. | 27. | : veſtido | . 2. Veſtido |
| 149. | 24. | . 2. Joannis | ? S. Joannis |
| 154. | 6. | antiquæ | ,antiqua |
| 157. | 17. | feitos | feitos filhos |
| 161. | 23. | ( depois de poſſit ſe ajunte ) *S. Aug. in* | |

*Pſ.* 45. Paulò ante ſolliciti, ſubitò ſecuri. Dormiebat illis Chriſtus, ideò turbabantur; excitatus eſt Chriſtus, & quieverunt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 161. | 33. | *datum* | *datur* |
| 178. | 31. | additis | addetis. |
| 194. | 32. | *me* | *mihi* |
| 196. | 30. | noſtræ | noſtræ ſubſtantia |
| Ib. | | carnem | carnem negant |
| 205. | 22. | inſtrumentos | inſtrumentos fracos |
| 221. | 2. | dignus | malo dignus |
| 223. | 14. | Os | 2. Os |
| 224. | 11. | *interioribus* | *interitionibus* |
| 226. | 1. | Naõ | Naõ ſó |
| 232. | 8. | os | , que os |
| 256. | 16. | humanitatis | humilitatis |
| 272. | 26. | profecta | perfecta |
| 290. | 7. | viros | veros |
| Ib. | 8. | Deos | 2. Deos |
| 300. | 5. | até | hoje |
| Ib. | 11. | in eo | eum, ſed fecerunt in ſeo |
| 361. | 9. | que ha | que naõ ha |
| 444. | 25. | *liberdade* | *liberalidade* |
| 499. | 18. | *parentis* | *parentes* |
| 543. | 27. | don ûs | gloriæ |

*Outros, principalmente em numeros, ( que a auzencia, e impericia do A. fez inexcuzaveis na ediçaõ, ) advertirá, e corrigirá com facilidade o Leitor benevolo.*

COLLEGII DIVI PE

INSTRUC·
AOS
PREGAD.